

P A  
8450  
A8  
E25  
1918  
MAIN


UC-NRLF



B 4 042 991



GIFT OF  
JANE K. SATHER



~~A559  
469~~









THE ECLOGUES OF  
PUBLIUS FAUSTUS ANDRELINUS  
AND  
IOANNES ARNOLLETUS NIVERNENSIS

**STUDIES IN THE RENAISSANCE PASTORAL.**

Latin texts, carefully edited with introductions and notes, by WILFRED P. MUSTARD, M. A., Ph.D., Collegiate Professor of Latin in the Johns Hopkins University.

1. The Eclogues of Baptista Mantuanus, 1911.  
Pp. 156. \$1.50.
  2. The Piscatory Eclogues of Jacopo Sannazaro,  
1914. Pp. 94. \$1.00.
  3. The Eclogues of Publius Faustus Andrelinus and  
Ioannes Arnolletus Nivernensis, 1918. Pp. 123.  
\$1.50.
- 

THE JOHNS HOPKINS PRESS

BALTIMORE, MD.

THE ECLOGUES  
OF  
FAUSTUS ANDRELINUS  
AND  
IOANNES ARNOLLETUS

EDITED, WITH INTRODUCTION AND NOTES, BY  
WILFRED P. MUSTARD, M.A., Ph.D.

COLLEGIATE PROFESSOR OF LATIN IN THE  
JOHNS HOPKINS UNIVERSITY

BALTIMORE  
THE JOHNS HOPKINS PRESS  
1918

*Collier Seller*

COPYRIGHT, 1918  
BY  
THE JOHNS HOPKINS PRESS

PAB 450  
AS E 25  
1918  
MAIN

TO

MAURICE HUTTON, M.A., LL.D.

370203



## PREFACE

THANKS to the liberal policy of the Johns Hopkins Press, I am able to make this third contribution to the history of the humanistic Pastoral.

The name of Faustus Andrelinus is less familiar than that of either "good old Mantuan" or Sannazaro; he never enjoyed the fame and the influence of the one, he never approached the high poetic plane of the other. And yet in his own day and generation he was a very important personage. One of the Italian scholars who helped to spread the New Learning in France, professor for many years in the University of Paris, the intimate friend of Erasmus, the special protégé of the King and Queen—*diu regnavit Lutetiae*. His Eclogues are always readable, because they contain a certain amount of autobiography, and reflect many of his own experiences in Italy and France. They are interesting because of their 'moral' tone, with occasional bits of proverbial wisdom and frequent echoes of the great Roman Satirists. And they hold an important place in the tradition of the Pastoral, because of their frequent imitation of Calpurnius and Nemesianus—at a time when these two poets were not very widely read.

My Text is based on a comparison of the Paris edition of 1506 with a rotograph copy of the text published by J. Oporinus, Basel, 1546. In a few passages I have adopted the reading of Josentius Josa's edition, Lyons, 1530. The spelling is modified to suit the convenience of the modern reader. The punctuation is my own.

My Notes are mainly concerned with the question of Andrelinus' sources, and only occasionally serve to explain his meaning. I have paid some attention to his fondness for proverbial expressions, and I have tried to indicate some of the traces of his Italian origin. Indeed, there is more than one passage (*e. g.* vii. 44) where without some knowledge of Italian it would be hard to guess his meaning at all.

The Appendices are added to give a part of the historical background of the Eclogues. I have modernized the spelling and punctuation of these documents, but I have been careful not to interfere with anyone's diction, syntax, or meaning. It is mere chance, not design, that my edition will help to mark the fourth centenary of the poet's death.

The four rather prosaic Eclogues of Ioannes Arnolletus are really added as a sort of appendix. They show that Andrelinus had at least one close imitator. And they show that, like Andrelinus, their author was a careful student of Calpurnius and Nemesianus. The text is based on roto-graph copies of the editions published by Badius Ascensius, Paris, 1524, and J. Oporinus, Basel, 1546, and on my own copy of the *Poemata* published by Robert Winter, Basel, 1544.

I have three people to thank for special help in the making of this book: Professor JOHN L. GERIG, of Columbia University, Mr. E. H. W. MEYERSTEIN, of the British Museum, and M. CH. MORTET, of the Bibliothèque Ste-Geneviève, Paris.

W. P. M.

"HOMEWOOD", BALTIMORE,  
December 21, 1917.

## CONTENTS

|  | PAGE |
|--|------|
| INTRODUCTION . . . . .                               | II   |
| ECLOGUES OF PUBLIUS FAUSTUS ANDRELINUS . . . . .     | 21   |
| NOTES . . . . .                                      | 67   |
| ECLOGUES OF IOANNES ARNOLLETUS NIVERNENSIS . . . . . | 89   |
| NOTES . . . . .                                      | 107  |
| APPENDICES . . . . .                                 | 113  |
| INDEX . . . . .                                      | 121  |
|  | 9    |



## INTRODUCTION

PUBLIUS FAUSTUS ANDRELINUS

PUBLIUS FAUSTUS ANDRELINUS was born at Forlì, about 1462. He studied at Bologna, under Filelfo, and at Rome, under Pomponio Leto. About 1483 he was crowned by the Roman Academy,<sup>1</sup> for his *Amores*, or *Livia*—“etsi nondum secundum et vigesimum annum agebat.”<sup>2</sup> At Rome he made the acquaintance of Lodovico Gonzaga, Bishop of Mantua, and he enjoyed his patronage for four years (1484-1488). Toward the close of 1488 he went to France, carrying with him letters of introduction to his patron's niece, Chiara Gonzaga, and to her husband, Gilbert de Montpensier, comte-dauphin of Auvergne.<sup>3</sup> On September 5, 1489, he was admitted to lecture publicly at the University of Paris—“ad lectiones publicas in arte humanitatis legendas.” In the autumn of 1491 he went to teach for some months at Toulouse; and he also tried his fortune at Poitiers. But he soon returned to Paris, and taught there until his death (about March 1, 1518).

His position at Paris was precarious at first, and, in particular, he had to defend himself against the jealous attacks of another Italian scholar, Hieronymus Balbus.<sup>4</sup> But he soon won the friendship of the distinguished churchman and diplomat Robert Gaguin,<sup>5</sup> and of the brothers Charles and

<sup>1</sup> Jacobus Volaterranus, in Muratori, *Rer. Ital. Script.*, xxiii. 185 (Milan, 1733).

<sup>2</sup> Iohannes Cordiger Alemanus, quoted by Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, i. 714 (Brescia, 1753).

<sup>3</sup> These letters were published by R. Renier, *Giorn. Stor. d. Lett. Ital.*, xix. (1892) 191. They are dated Sept. 22, 1488. In one of them Andrelinus is called “laureato poeta facundissimo et oratore disertissimo.”

<sup>4</sup> See *Ecl. xi*, ‘De Fuga Balbi’, and Appendix A.

<sup>5</sup> Gaguin, writing to Erasmus about 1495, says of Andrelinus, “veterem iam amicum habeo”; *Roberti Gaguini Epistole et Orationes*, ed. L. Thuasne, ii. 7 (Paris, 1904).

Jean Fernand. And he professes to have enjoyed the patronage of many other eminent people—of four chancellors of France, Guillaume de Rochefort (d. Aug. 12, 1492), Robert Briçonnet (d. 1497), Guy de Rochefort (d. 1507), and Jean de Ganay, of Thomas Ward, ambassador of the King of England, and Pierre Cohardy or Courthardy ("regius advocatus", 1486; "primus Franciae praeses", 1497; d. 1505). Through the influence of Cohardy, he was granted a royal pension, about 1496.<sup>6</sup> On January 17, 1502, he was granted letters of naturalization, by Louis XII. In 1505 he was appointed canon of Bayeux.

His most distinguished friend at Paris was Erasmus.<sup>7</sup> In Erasmus' catalogue of his own writings he mentions a poem which was published soon after his going to Paris (c. 1495) "ad Faustum Andrelinum, quicum mihi tum recens coierat sodalitas." On May 2, 1499, he could write: "cum Fausto mihi . . . summa familiaritas"; and the statement is borne out by other letters written about that time.<sup>8</sup> In 1500 Andrelinus wrote a commendatory letter for the first edition of the *Adagia*. In a later edition of the *Adagia* (c. 1518) Erasmus calls him "vetus congerro meus"; and in mentioning his death he speaks of him as

<sup>6</sup> The pension was continued by Louis XII. In the King's accounts for 1503 there is an entry, "A Faustus, orateur, 180 liv.;" R. de Maulde, *Chroniques de Louis XII par Jean d'Auton*, i. 388 (Paris, 1889).

<sup>7</sup> Another early friend at Paris who afterwards became distinguished was Guillaume Budé. In 1496 Andrelinus addressed to him a short poem, *Querela Parrhisiensis Pavimenti*, the tone of which implies a certain degree of intimacy with the recipient. It is quoted by Ludwig Geiger, 'Publio Fausto Andrelini aus Forli', in *Viertel-jahrs. f. Kultur und Litt. d. Renaissance*, i. (1886) 535.

<sup>8</sup> For example, the letter of the same year in which he urges Andrelinus to join him in England and tells him of the pretty English girls and of the pleasant English custom of kissing on all occasions; *Letters of Erasmus*, ed. P. S. Allen, i. 238 (Oxford, 1906). A sentence in this letter has been solemnly offered as one of the sources of the legend of Dr. Faust, the famous magician and charlatan of the 16th century: "Quamquam si Britanniae dotes satis pernosses, Fauste, nae tu alatis pedibus huc accurreres; et si podagra tua non sineret, Daedalum te fieri optares." To Herman Grimm this was the earliest trace of the wide-spread belief in Faust's ability to fly through the air (*Preuss. Jahrb.*, xlvi. 456). See also Allen's edition, i. 3, 221, 234, 235, 236, 297, 311.

one who deserved to live forever, "immortalitate dignus." It was only in the following year that he ventured to write a very unfavorable report of his old friend's character and attainments.

In an edition of the *Adagia* published about 1518 Andrelinus is mentioned as "poeta non solum laureatus verum etiam regius atque etiam, si diis placet, regineus" (68, cent. 2, chiliad. 2). Some scholars have seen in this a mere jest on the part of Erasmus, and not an actual title. But the poet is actually called "poeta laureatus regiusque ac regineus" in an undated edition of his 'aegloga moralissima' and in an undated edition of his *Hecatodistichon*.<sup>9</sup> And he apparently had some right to the full title. In dedicating to him an edition of some of the comedies of Plautus, Simon Carpentarius mentions the "lecturae tum regiae tum regineae quas non sine optima mercede perficis".<sup>10</sup> The queen in question was doubtless Queen Anne. Even in the eighteenth century his unusual title had not been forgotten. Baillet introduces him as "Poëte couronné Poëte du Roi (et de la Reine, si l'on veut rire avec Erasme)".<sup>11</sup> And de la Monnoye has his comment, in the *Menagiana*, iii. 183 (Paris ed., 1715) :

*Poëta Regius*, en bon François, signifie le fou de Roi. Le poëte Régnier le Satirique a dit, sat. 14. v. 30:

'Les foux sont aux échets les plus proches des Rois.'

A ce conte Faustus Andrelinus, qui prenoit tout ensemble la qualité de *Poëta Regius* et de *Regineus*, étoit le fou du Roi et de la Reine.

His popularity and his influence as a teacher are often mentioned; <sup>12</sup> "diu regnavit Lutetiae", as Erasmus said.<sup>13</sup>

<sup>9</sup> Both included in Mlle. Pellechet's list of French Incunabula; i. 156 and 158.

<sup>10</sup> Mazzuchelli, op. cit., i. 715. Cp. 'Corydon's' statement, *Ecl.* xii. 190, where after speaking of the King's bounty, "pulchra fetas sub imagine vaccas", he adds, "atque alias Augusta boves dedit uxor".

<sup>11</sup> *Jugemens des Savans*, Paris ed., 1722, iv. 329.

<sup>12</sup> "Ab extremis Franciae et Germaniae oris auditores confluxerunt, ut reconditarum facultatum praecepta audirent, et in suas regiones certatim deferrent"; Marchesi, *Vitae Virorum Illustrium Foroliviensis*, Forlì, 1726 (quoted by R. Renier, op. cit., p. 187). Some of his pupils in Paris were Claudius Budinus Carnotensis, Matthias

In the first edition of his *Livia* (Paris, Oct. 1, 1490) there is a complimentary letter from “Frater Iohannes Cordiger Alemanus sacrae theologiae professor”, addressed to the University of Paris:

Nostris quoque temporibus merito gloriari potest vestra Universitas Parisiensis, quod Faustum Andrelinum Foroliviensem nacta est. Is enim, cum omnium disciplinarum studiosissimus sit, solus fuit (ut aliorum pace dixerim) qui Galliam ex iejuna saturam, ex inculta tersam, ex sicca viridem, ex barbara Latinam fecit; quandoquidem non solum oratorium et poeticam facultatem, sed etiam sphaericam ipsam tanta omnium admiratione professus est, ut quid dicant alii profecto habeant nihil, et artem ac leporem carminis hoc in Regne antea prorsus incogniti ita patefecit, ut omnes solum Faustum in quovis carminis genere imitari studeant, et integras illius sententias ac versus saepenumero pro suis accipient. Nec id profecto iniuria factum est, cum Faustus talis sit poeta, ut ‘ab eo ceu fonte perenni vatum Pieris’ (ut de Homero scribit Ovidius) ‘ora rigentur aquis’.<sup>14</sup>

One of his pupils, Cláudius Budinus Carnotensis, could say of him:

Ille est qui Latium Musis spoliavit amoenis,  
Ut coleret Gallas clarus Apollo domos;  
Ille est qui primus cis Alpes carmina vexit,  
Quo duce iam Francos nulla Camena latet.

\* \* \* \* \*

‘Laurea certa gerens Musisque excultus amoenis  
Gymnasium Faustus Parisiense polit.’<sup>15</sup>

In the dedication of an edition of Persius (Lyons, Jan. 27, 1499) Iodocus Badius Ascensius has, “Faustum praecipuum Galliarum specimen ac litteraturae praesidium, regium dico illum musicum ac vatem clarissimum, Parrhisios tot annos erudientem.”<sup>16</sup> Beatus Rhenanus, looking back on his own

Ringmann, Sebastian Murho the Younger, Othmar Nachtigal, Beatus Arnoaldus, and Beatus Rhenanus. See G. C. Knob, *Aus der Bibliothek des Beatus Rhenanus*, pp. 37-43 (Schlettstadt, 1889).

<sup>13</sup> Letter of July 26, 1518; *Opera omnia*, iii. 403 (Leyden, 1703).

<sup>14</sup> Quoted by Mazzuchelli, op. cit., i. 715. Cp. Ovid, *Am.*, iii. 9, 25.

<sup>15</sup> From his poem ‘Faustina’, in *Poemata aliquot insignia illustrium Poetarum recentiorum*, Basileae, per Robertum Winter, 1544. The last distich here quoted is used as a motto in three Paris editions of the *Buccolica Fausti*, 1496(?), 1501, 1506.

<sup>16</sup> Ph. Renouard, *Bibliographie de Josse Badius Ascensius*, iii. 147

student days at Paris (1503-1507), reports that Faustus was not an ideal teacher: "defunctorie profitebatur, iocis quibusdam magis festivis quam doctis plausum rudium auditorum captans."<sup>17</sup> And Erasmus implies that his lectures sometimes made the judicious grieve: "Lutetiae licuit Fausto profiteri quoslibet poetas usque ad naenias Priapeas, idque more (ne quid aliud dicam) Faustino." Indeed, when Erasmus thinks of his personal and moral character and his rather mediocre learning, he marvels that the University of Paris could put up with him so long:

Parisiensis Academiae candorem ac civilitatem iam olim sum admiratus, quae tot annos Faustum tulerit, nec tulerit solum, verum etiam aluerit evexeritque. Cum Faustum dico, multa tibi succurrunt quae nolim literis committere. Qua petulantia solitus est ille in Theologorum ordinem debacchari! Quam non casta erat illius professio! Neque cuiquam obscurum erat qualis esset vita. Tantum malorum Galli doctrinae hominis condonabant, quae tamen ultra mediocritatem non admodum erat progressa.<sup>18</sup>

His principal published works were, *Livia seu Amores*, in four books (Paris, 1490); *Elegiarum libri III* (1494); *Bucolica* (c. 1496); *De moralibus et intellectualibus virtutibus* (c. 1496); *Hecatodistichon* (before 1500); *Epistolae proverbiales et morales* (nine epistles in prose, 1507, or earlier). He wrote a number of occasional poems, to court the favor or acknowledge the bounty of his adopted country: on the victories of Charles VIII at Naples and at Fornovo (1496),<sup>19</sup> on the death of Charles VIII (1498), on the capture of Lodovico Sforza, 'Il Moro' (1500), on the second victory of the French at Naples (1502), on the taking of Genoa (1507), on the conquest of Venice (1509), on the career of Georges d'Amboise, Cardinal Archbishop

(Paris, 1508). Ascensius' own edition of Ottavio Cleofilo's *De coetu poetarum* (Paris, Oct. 7, 1503) was dedicated to Faustus, "decus camoenarum".

<sup>17</sup> Epistle to Charles V (June 1, 1540).

<sup>18</sup> Letter to Ludovicus Vives (1519); *Opera omnia*, iii. 535 (Leyden, 1703). See, also, iii. 689.

<sup>19</sup> Cp. Petrus Crinitus, 'Ad Faustum, de Carolo Rege Francorum, cum ad Urbem tenderet cum exercitu', 'Quid occupatum litteris urges tuis | frustraque toties flagitas, | ut impotentis Galliae fastum gravem | regemque dicam Carolum?' Two other poems of Crinitus are addressed 'ad Faustum'.

of Rouen, on the marriage of Claude, daughter of Louis XII, with Francis, Duke of Valois, etc., etc. In 1499 he published an edition of Ottavio Cleofilo da Fano's *De Coetu Poetarum*.<sup>20</sup>

The Eclogues (*i. e.* the first eleven) were printed at Paris about 1496.<sup>21</sup> They seem to have been written at various times between 1488 and 1496; the first refers to the poet's departure for France (toward the end of 1488), the tenth, to the birth of a son to Charles VIII (Sept. 1496). Some of them were ready for publication in 1494: "buccolicum carmen quotidiano prope convicio flagitatum emittam, cum primum a Guilelmo Gualtero certior factus fuero cuinam lucubrationes illae iure dedicandae sint" (Ded. of the Elegies, to Thomas Ward). The twelfth is of later date.<sup>22</sup> It is addressed to Louis XII, and professes to have been written when 'Corydon' (*i. e.* Faustus) was 50 years old.

In the *De Latinae Linguae Reparatione* of M. Antonius Sabellicus there is a brief comment on Andrelinus and his earlier poems. He is mentioned immediately after Baptista Mantuanus: "multum ingenii et in M. Octavio Phanensi, multum in Forliviensi Fausto; verum uterque amorum cantator, et ob id minus quam ille de quo loquor celebrandi."<sup>23</sup> In a Venice edition of the *Amores*, 1501, Bartolomeo Megaluzzi called the author "principem poetarum nostri temporis."<sup>24</sup> And in the dedication of an edition of Plautus, Simon Carpentarius called him "eorum ex numero qui vivunt eruditissimus poeta."<sup>25</sup> The printer of two Paris

<sup>20</sup> In the dedication of his Elegies to Thomas Ward (1494) he mentions an 'opus laboriosissimum De Vera Religione inscriptum' and several 'unfinished' works, most of which seem to have been left unpublished: "Satiras decem, Christianum Adventum, Epigrammata ducenta, Sphaericum Dialogum, Morales centum Epistolas, et Latinae Linguae Observationes."

<sup>21</sup> An edition with a commentary was published at Lyons in 1539: *Bucolica Fausti . . . perdiligerter emendata, cum commento . . . Josentii Josae*.

<sup>22</sup> It is not included in the Paris editions of 1501 and 1506. It was printed at Strassburg in 1512. Mlle. Pellechet, i. 154, includes an undated edition of it in the list of French Incunabula, and L. Thuasne, op. cit., i. 131, says it appeared in 1498.

<sup>23</sup> Venice ed., c. 1495, fol. g. vii.

<sup>24</sup> Quoted by R. Renier, op. cit., 192.

<sup>25</sup> Mazzuchelli, op. cit., i. 715.

editions of the Eclogues, 1501 and 1506 (Ioannes Antonius Venetus) was ready to rank them beside those of Virgil and Calpurnius: "Habes, studiose lector, Fausti poetae Regii Buccolica, quae adeo exculto venustoque carmine composita sunt, ut neque Virgilii neque Calphurnii aeglogis mea quidem sententia cedant." In 1507 Ioannes Murrhellus could say: "Faustum saecla futura canent", *Eleg. Mor.*, iii. 1, 54.<sup>26</sup> Ioannes Sapodus thought it worth while to stand out for the superiority of Virgil:

Sed tua loripedi committe poemata divo;  
Musa tuos ridet Virgiliana modos.  
Cuique suum pulchrum; te caeca philautia tangit  
Plus nimio; sine te laus aliena probet.<sup>27</sup>

J. C. Scaliger and Lilius Gyraldus both speak of our poet's 'facilitas': *Poetice*, vi,

Fausti facilitas viventis in scribendo plausu excepta est. Scholas tamen sapit illa iuniorum; a qua nihil aliud quam hoc ipsum expectes;

and *De Poet. Nostr. Temp.*,

Faustum Forolivensem eius commendat facilitas, sed plerumque vulgaris et protrita. Perplura hic scripta reliquit, quae a Transalpinis, apud quos multos annos vixit, magis quam ab Italis in manibus habentur.

G. J. Voss quotes with approval a remark which he attributes to Erasmus:

de cuius poematis scite aiebat Erasmus unicam in iis syllabam desiderari. Ea erat *voūc* sive *mens*.<sup>28</sup>

Baillet's estimate is not very high:

Il ne se soucioit pas beaucoup de mettre des sens dans ses compositions pourvû qu' il y mît des mots bien choisis et de riches expressions, comme si les choses étoient faites pour les mots, au lieu d'assujettir les mots aux choses.<sup>29</sup>

<sup>26</sup> Münster ed., by A. Bömer, 1893, p. 76.

<sup>27</sup> Quoted by L. Geiger, op. cit., p. 46.

<sup>28</sup> *Instit. Poet.*, i. 1, 3.

<sup>29</sup> *Jugemens des Savans*, Paris ed. 1722, iv. 329.

And de la Monnoye could say: "Faustus Andrelinus, Poëte moderne trivial" (*Menagiana*, ii. 398).

Quotations from Andrelinus are not very numerous, and the Eclogues seem to be hardly quoted at all. Pierre Gringore quotes the line:

Nil iuvat amisso claudere septa grege

(*Oeuvres*, Paris ed., 1858, i. 32). The *Scoparius* of Ioannes Murmellius (1517) has the distich:

Stentorea obtundunt clamantes voce sophistae,  
Dum levibus nugis tempora vana terunt.<sup>30</sup>

There are a dozen quotations (most of them from the *Livia*) in the learned commentary which Benedictus Curtius composed on the *Arrêts d'Amour* of Martial d'Auvergne.<sup>31</sup> And there is one in Grimmelshausen's *Simplicissimus* (1669) i. 17:

Welches auch Faustus Poeta in diesem Disticho exprimiret hat:

Si te rusticitas vilem genuisset agrestis,  
Nobilitas animi non foret ista tibi.<sup>32</sup>

Branthôme quotes a striking phrase, in his Life of Charles VIII:

L'Italie ne le plaignit pas: aussy le poëte Faustus disoit que ses victoires et faicts belliqueux estoient autant de (stigmates ou pour mieux parler de vrayes) marques et enseignes, qu'il appelle *vera stigmata* proprement en latin, sur le front des Italiens, qui jamais n' en tomberoient.

And in the Paris edition of the *Menagiana*, 1715, vol. ii, p. 398, de la Monnoye remarks:

Ceux qui citent de mémoire sont sujets à s'équivoquer. Saumaise qui sur Solin, pag. 5 de la 2. édit., a cité comme d'Horace cet hexamètre,

Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit,

auroit été bien étonné si on lui eût fait voir que c'est un vers de l'Hécatodistichon de Faustus Andrelinus Poëte moderne trivial.

<sup>30</sup> Münster ed., by A. Bömer, 1895, p. 82.

<sup>31</sup> Paris ed., 1566, pp. 36, 53, 82, 91, 261, 473, 625, 721, 723, 835.

<sup>32</sup> Quoted by L. Geiger, op. cit., p. 46.

There is a quotation in one of the *Lamentationes novae Obscurorum Reuchlinistarum* (1518), No. 12: "Infecundi quippe ingenii est (Faustus inquit) praemonstrantem (quam illi debeat plurimum) non excedere". And E. Böcking says in his edition of these *Lamentationes* (Leipzig, 1864, p. 369) that Ortwinus Gratius drew very freely upon Andrelinus' *Epistolae proverbiales et morales*. Compare, also, the expression in *Lament.* 34, 'quid te proprio caedis ligone?' with Andrelinus, *Ecl.* vii. 47-48.

As for his sources and models—he of course owes a great deal to Virgil and Ovid, and in his 'moral' passages he sometimes draws upon Horace, Persius and Juvenal. But the most interesting fact is his free use of Calpurnius and Nemesianus—at a time when these two poets were not very widely read. Indeed, one of his enemies accused him of attempting to pass off the Eclogues of Calpurnius at Paris as his own:

Mox Calphurnii eglogas, quas certe tum paucissimi viderant, sicuti tuam elucubrationem privatum plurimis exhibuisti, eas (qua es impudentia) tuo nomine editurus, ni Cornelius Vitellius huic tuo temerario ausui obstitisset.<sup>33</sup>

His influence upon the later pastoral is not very great. Perhaps the most important item is the Eclogues of Ioannes Arnolletus Nivernensis, which are included in this volume, as a sort of appendix.

#### IOANNES ARNOLLETUS NIVERNENSIS

On March 18, 1524, Iodocus Badius Ascensius published at Paris an *Opus de orthographia* by Ioannes Arnolletus Nivernensis, "liberalium artium legumque professor ac protogymnasta academiae Nivernicae". The volume included a collection of Latin poems by the same author, *Bucolica*, *Ludicra*, etc. Arnolletus had sent his work to the great publisher with a complimentary letter, and Ascensius returned a very

<sup>33</sup> *Invectiva in Faustum Balbi calumniatorem* (quoted by G. C. Knod, op. cit., 96). See Appendix C. It has been suggested that Andrelinus knew and imitated the Eclogues of Baptista Mantuanus (E. Carrara, *La Poesia Pastorale*, Milan, 1909, p. 270). If so, he may have known them in manuscript; they were not printed until 1498.

friendly reply: "totas istas laudes, quas minime agnosco, stilo deletili ex hoc albo expunxissem, nisi pluris abs te amari quam a quovis quantumvis laudato viro laudari facerem."<sup>34</sup>

The title of the book seems to say that in 1524 Arnollet was principal of a school at Nevers.<sup>35</sup> And it may perhaps be inferred from his poems that he was a native of Nevers, that he lived for a time in the "agri Fiscalienses", and that about 1520, or a little earlier, he returned to his native town.<sup>36</sup>

The Bucolica were printed again in Robert Winter's *Poematia aliquot insignia illustrium Poetarum recentiorum*, Basel, 1544, and in the famous *Bucolicorum autores xxxviii . . . farrago eclogarum clvi* published by Oporinus, Basel, 1546. They are a rather close imitation of some of the eclogues of Faustus Andrelinus. They show an intimate acquaintance with the eclogues of Calpurnius and Nemesianus. And at least one passage, i, 41-42, is borrowed from "good old Mantuan".

<sup>34</sup> Ph. Renouard, op. cit., ii. 50.

<sup>35</sup> In Victor Gueneau's *Dictionnaire biographique du Nivernais* (Nevers, 1899), p. 4, he is called "le premier régent du collège de Nevers". But neither E. Duminy, *Le Collège de Nevers* (1908), nor C. A. Parmentier, *Archives de Nevers* (1842), mentions him among the principals of that institution. They say that in 1521 a new school was opened at Nevers, that in 1526 this school was transferred to a new building and took the name of 'college', and that the first principal of the new college was Pierre Delafoi.

<sup>36</sup> "Jean Arnoullet . . . paraît vraisemblablement appartenir à la famille des imprimeurs lyonnais, originaire de Bourges, mais aucun document, connu à ce jour, ne permet d'en préciser la parenté"; J. Baudrier, *Bibliographie lyonnaise*, x. 3 (Lyon, 1913).

PUBLII FAUSTI ANDRELLINI  
BUCOLICA



## ECLOGA I.

*Faustulus Ausonios indignans linquit agellos,  
Et Galla invitum trudit ad arva gregem.*

LYGDUS. FAUSTULUS.

*Lygdus.*

Faustule, tam celeri properans discedere gressu,  
Invitas quo trudis oves, cum pinguia carpant  
Gramina, cum valeant patula vitare sub ulmo  
Iam iam venturum torrenti sole calorem?  
Undique nam resonat raucis nemus omne cicadis.

*Faustulus.*

Pascua iamdudum campo meliora feraci  
Luxuriare ferunt, cultos qua flexilis agros  
Sequana circumdat fluctuque irrorat amoeno.  
Illuc has pecudes longinqua per avia duco.

*Lygdus.*

Sic patrios fines antiquaque, Faustule, rura  
Linquis, ut externi fias novus incola campi?  
Ah coeptam dimitte viam; te flebilis arbor,  
Te vidui fontes, te flumina maesta dolebunt.

10

*Faustulus.*

Heu, possessa diu natalis iugera ruris  
Extremus veteri dolor est liquisse colono.  
Sed gravis impellit tardantem iniuria gressum,  
Nec longum deterret iter, nec fervidus ardor.

*Lygdus.*

Hac mecum aesculea paulum requiesce sub umbra,  
Et refer indignam quae causa incenderit iram,  
Cur nolis patrio requiem decerpere campo,  
Donec sol nimios declinans temperet aestus.

20

*Faustulus.*

Cum foret, heu, genitor multi ditissimus agri,  
 Dixit, ' Io felix magnum pete, Faustule, Pana,  
 Haud patrias rediture domos, nisi carmina pago  
 Invidiosa tuo docta modulere cicuta '.

Dixit, et in numero plenam dedit aere crumenam.  
 Hic docuit calamos labris inflare sonoros  
 Nec carmen triviale deus, quod Tityrus ipse  
 Si semel audisset, tenuem fregisset avenam  
 Qua sua fagineis sub frondibus otia lusit.

Iubila cum canerem nostris incognita silvis,  
 Ipse ego rurali sum factus Apolline vates,  
 Serpentesque meis hederas laurumque virentem  
 Crinibus imposuit ; pagus non inscius exstat.

Muneris accepti dulce est meminisse levamen.  
 Interea promissa pater vadimonia solvens  
 Rem totam exhaustus, saevo cogente tyranno,  
 Et mea libertas cecidit, dominoque coactus  
 Ingrato servire fui ; nam tradita, Lygde,  
 Nulla fuere meo compendia digna labore.

Iam quater incisa est flaventi messis in agro  
 Ex quo tale iugum subii ; dum sustinet aetas,  
 Sunt alibi miseris quaerenda viatica canis.

30

40

*Lygdus.*

Pro certis incerta petis ; sors durior esset,  
 Si fieret dominus peregrina ingratiior ora.

*Faustulus.*

Lygde, mihi rediens quaerenti dixit Amyntas  
 Illic esse deum miti pietate foventem  
 Quos fera praecipitat fato Fortuna sinistro.  
 Huic animus sollers, huic est pastoria virtus  
 Grata, nec argutis iuncta est quae fistula kannis  
 Displacet ; augusta si maiestate fruamur,  
 Hac facilem gracili flectemus arundine divum.

50

*Lygdus.*

Faustule, si qua tui tangit te gratia Lygdi,  
 Dic age, dic dulci dispersum nectare carmen.

Ignibus hibernis, aestiva gratius umbra  
Illud erit nobis, et odora suavius herba.

*Faustulus.*

' Summe deus, nostrae data sunt cui iura salutis,  
Indiga paupertas rebusque inimica secundis  
Huc lassum me ferre pedem Fortuna coegit.  
Da, precor, optata da tanti numinis aura 60  
Posse frui; tutis geminae sub vallibus alae  
Infelix tutare pecus, quod viribus haustum  
Omnibus esse vides. Vacuas si missa per auras  
Verba volant, usto seu tellus subdita Cancro,  
Seu me spectabit Thule suprema vagantem,  
Donec mansuram liceat mihi ponere sedem.  
Ah iustas admitte preces finemque supremum  
His impone malis. Semper sollemnia vota  
Persolvam, nec pauca tuas ovis imbuet aras;  
Et mea iam trito dependens fistula collo 70  
Semper honoratos uni tibi concinet hymnos'.

*Lygillus.*

Quantum et quale refers carmen, divine poeta.  
Ipsa etiam auditu mitescunt marmora cantu,  
Nam strepis arguta nihil armentale cicuta.

*Faustulus.*

Si loquor haec humiles superantia verba myricas,  
Materies erexit opus subiecta remissum.  
Si nescis, nihil est triviali more sonandum  
Ante sacrum numen; virgulta exilia poscunt  
Stridentes stipulas et pastoralia verba.  
Sic me Parrhasio docuit Pan primus in antro. 80

*Lygillus.*

O felix numen, dulci quod tanta canore  
Fistula mulcebit cycnos imitata sonoros.  
Frigida iam summis descendens montibus aura  
Spirat et accinctum Latiis te subtrahit agris.  
Felicem iam carpe viam sedesque beatas,  
Fataque perpetuam praestent meliora quietem.

## ECLOGA II.

*Ecce tuos fallax fugiendos Curia mores  
Expertus vero Ianulus ore refert.*

LOLLIUS. ORNUS. IANULUS.

*Lollius.*

Ianulus ecce redit domina modo laetus ab urbe ;  
Obvius ipse ferar monstrataque gaudia poscam.  
Tu vigil observa pascentes, Orne, capellas,  
Ne forsan miles nostri populator agelli  
Tristia damna ferat ; nihil est a milite tutum  
Prodiga cui desit consumpti copia nummi.

*Ornus.*

Si foret hic Argus, centeno lumine custos,  
Invia non melius repentes saxa capellas  
Servaret, Lolli ; vigilem decet esse subulcum.  
Vade igitur tutus, ac pleno gaudia sacco  
Intellecta refer ; propior sed Ianulus instat.

10

*Lollius.*

Venisti tandem ; num vilia, Ianule, rura  
Sordescunt, postquam regalia tecta subisti ?

*Ianulus.*

O felix Lolli villa contente paterna,  
Securas quicumque casas et ruris amoeni  
Vernantes contemnit agros, ut magna sequatur  
Atria, nodosas pro libertate catenas  
Triticeoque petit meliorem pane farinam.  
Publica fama volat multas quod Regia curas  
Sollicitata parit, nec fama est verior ulla.  
Cum deprensa putas, artis tunc lubrica palmis  
Vota fluunt, tamquam liquidas anguilla per undas  
Labitur aufugiens, cum retia cassa fefellit.  
Nec desunt promissa tamen. Si nota revisas

20

Limina, te retrahens intrantem ianitor arcet,  
 Et magnum causatur opus; tibi clausa moranti  
 Ostia quam pateant millenus praeterit annus.  
 Et demum obliquus transverso lumine Caesar  
 Respicit admissum, tacitoque immurmurat ore.  
 Auribus hunc pronis vultuque exaudit aperto  
 Qui sua caudato vestigia syrmate verrit,  
 Atque illum scalas primum comitatur ad imas.  
 Postmodo vadit inops simulata fronte vocatus;  
 Vertice nudato labrisque trementibus orat  
 Et flexo inculcat titubantia poplite verba.  
 Huic deus arridens magnis cum montibus ampla  
 Aequora promittit; sed inania verba feruntur,  
 Nota sit ut tacito manans ex ore repulsa.  
 Munera si qua dedit, queritur domus omnis et acri  
 Rumpitur invidia praesensque avertere numen  
 Nititur et rabido taetrum vomit ore venenum. 40  
 Prospera cui penitus flatu Fortuna benigno  
 Aspirat rara est niveis cornicula pennis.  
 Ac veluti cupidus fallacem piscis ad hamum,  
 Huc properat glomerata cohors similemque referre  
 Cogitat eventum, donec consumpta iuventa  
 Se videt irrigam nec habet quo tristia vitae  
 Tempora sustineat, iustoque affecta dolore  
 Incidit ante pilos extrema in funera canos.  
 Ipsa etiam stabulo mendica senecta relicto  
 Et nuda in palea moritur, nec sicca petitis  
 Ora rigantur aquis; hic, hic manet exitus illum  
 Qui rectum sectetur iter nec deviet umquam. 50  
 Si cui tecta nitent fulvo radiata metallo  
 Atque alto vicina polo, seu palpo dolosus,  
 Versutus seu leno fuit, seu proditor ater,  
 Sedulus aut magnam stillans delator in aurem,  
 Vel solas ostentat opes quas praebuit uxor  
 Omnivolo stuprata duci vel tempore parvo  
 Quas cumulat rodens imas usura medullas. 60

*Lollius.*

Cur igitur tam laetus ades? cur dulcia tecum  
 Carmina fundebas? numquid mutata fritillo  
 Alea succedit melioraque puncta ministrat?

*Ianulus.*

Iam triplex transivit hiems, dum pendulus ipse  
 Spe fruor incerta, dum vento pascor inani;  
 Nunc votis lucere meis nubesque fugare  
 Incipit obscuras caelo sol clarus aperto.  
 Namque ipsum paucis divum donavimus haedis  
 Gallica qui firmis moderatur legibus arva.  
 Hic me sordentem mensa dignatus opima est      70  
 Et propria servire manu, conditaque centum  
 Fercla modis posuit loculosque replevit inanes.  
 Dixit et, 'O pastor ne crastina Ianule cura  
 Te premat afflictum; primo cum vere volucrem  
 Argutam accipies; magalia rustica linque  
 Et pete neglectis augusta palatia silvis,  
 Namque tuum aspiciet melior Fortuna laborem'.  
 Haec et plura reor numen maiora daturum,  
 Nam rata verba facit, tetrica sed ponderat omnes  
 Lance viros, Lolli, scandendaque sidera dicit      80  
 Passibus alternis, et tempora munere pensat.

*Lollius.*

Molis inaccessae si summa cacumina prendas,  
 Fac clavum infigas validum, ne versa revolvat  
 Sublimem Fortuna rotam, prensamque voluto (*soluto?*)  
 Crine deam teneas; sudata peculia debent  
 Cauta mente regi. Fumantia culmina cerno;  
 Visam ego dimissas saxosa in rupe capellas.

## ECLOGA III.

*Immiti raptus defletur morte Menalcas  
 Sparsaque mentito fama sinistra sono.*

MOPSUS. LYCIDAS.

*Mopsus.*

Heus, heus, O Lycida, tacito quid solus in antro  
 Dulcia contemnis festi consortia pagi,  
 Consona dum laetos exercet fistula cantus?

*Lycidas.*

Improba ne rerum quae sit fortuna mearum,  
Mopse, petas; veterum seriem meminisse malorum  
Nostra recrudescit maiori plaga dolore.

*Mopsus.*

An tua flagranti traiecit viscera telo  
Ille deus curis qui dulcia miscet amaris  
Gaudia, qui certo semper domat omnia cornu?

*Lycidas.*

Heu, nimis urgenti gravioris pondere molis  
Opprimor, et damnum nullo reparabile casu  
Conqueror, et crebris trita est spelunca querelis.

10

*Mopsus.*

Eia age, prome graves imo de pectore curas,  
Dum mea pascuntur laetos armenta per agros,  
Dum saltat comprensa cohors, dum libera mens est.

*Lycidas.*

O te felicem, saturas cui pingua reddant  
Prata boves, liceat festa cui semper in umbra  
Mollia securos traxisse per otia soles.

*Mopsus.*

Non minus afflito magnos sub corde dolores  
Ipse premo, rumpuntque meum suspiria pectus,  
Sed tenui tristes solamur arundine casus.  
Versibus alternis tamen astra infesta queramur  
Aversosque deos et lamentabile fatum,  
Nam gravis anxietas vario sermone levatur.

20

*Lycidas.*

Postquam igitur tantus nostros audire dolores  
Ardor inest, sociique iuvant commercia luctus,  
Haec preme muscosi nativa sedilia saxi.

*Mopsus.*

Non ita fontanum sitientia prata liquorem  
Affectant, nimio scissa est cum terra calore,  
Quam placet haec sedes communibus apta querelis. 30

*Lycidas.*

Venerat huc magnus Germanis pastor ab agris  
Quos rapidus gelida Rhenus circumfluit unda;  
Sive pirum insereret, solidos seu verteret agros,  
Seu teneras vites, parvas seu poneret ulmos,  
Non fuit in toto maior sollertia campo.  
Summa quidem laus est, sed adhuc maiora supersunt  
Heu lacrimis memoranda meis. Hic carmine dulci  
Attonitas traxit tigres silvasque comantes.  
Non ita pulsantem rupes Parnasia Phoebum,  
Orpheo non Rhodope sensit, non Pana Lycaeus. 40  
Hic mihi caelestes motus causasque latentes  
Morigerasque dedit, crassumque ex corde veternum  
Expulit agresti, sed non sine munere certo.  
Litore quam myrtus gaudet, quam vitibus ulmi,  
Mutua tam nostrum commercia foedus habebat.

*Mopsus.*

O qualem eximio laudem sub corpore iactas;  
Quam vellem tantus gracilis moderator avenae  
Mulceret nostras optatis cantibus aures.

*Lycidas.*

Ille senex utinam vocalia solveret ora;  
Non mea demissos cervix inculta capillos, 50  
Exsangues nec barba genas prolixa teneret,  
Nec gemerem solo tam tristia fata sub antro.

*Mopsus.*

Quis Notus infelix, subita quae grando procella  
Importuna ruit? quae sors tam dira secuta est?

*Lycidas.*

Sopitis heu muta sonis nunc fistula torpet,  
Deflet et artificem crudeli funere raptum

Unica quod rapuit patrio solatia ruri.  
 Non laurus Phoebo, non illic baca Minervae,  
 Non Cereri messis gignit, non vitis Iaccho,  
 Nudaque ieunis dumescunt arva colonis. 60  
 Unde manet tali signatus carmine caespes :  
*Orbati extinctum pastores flete Menalcam,*  
*Cantibus argutis victus cui cessit aedon.*

*Mopsus.*

Heu fuerat tantus maiori pastor arista  
 Dignior. Invicta resecat Mors improba falce  
 Omne genus, veluti faenum per prata resectum  
 Tonsa iacet, nudos aut messis caesa per agros.  
 Si foret hic superas ullis revocandus ad auras  
 Fletibus, aspiceres oculis manantia nostris  
 Flumina ; sed quoniam non est revocabilis illis, 70  
 Desine plura queri, nostros simul accipe casus.

*Lycidas.*

Dic prius ex alto quam sol declinet Olympo.

*Mopsus.*

Ipse ego vivebam Gallis securus in agris,  
 Tempus agens placidum ; campi nam sola colendi  
 Cura erat, austерum cantu solante laborem,  
 Atque meas servare boves, et solibus isdem  
 Bis mulctrام expressis spumantem implere papillis.  
 Nostra Palatino donata coagula Phoebo  
 Grata quidem fuerant, vultuque accepta sereno,  
 Nec spretum est tereti meditatum carmen avena. 80  
 Nescio quis pastor tumido fuit advena fastu,  
 Obscura de gente satus, quem paupere cultu  
 Excepit coniunx scorto generata salaci.  
 Hic, quia carmen inops stipula stridebat inani,  
 Invidus et nostra macrescens laude furensque  
 Credula seduxit pastorum corda malorum,  
 Ut mea sanguineo laniarent corpora ferro.  
 Heu nullo aspiceres tam spissa foramina cribro.  
 Vulnera quot misero crudelia corde tulisset,  
 Ni placida incensos sedassem voce tumultus, 90

*Lycidas.*

Pro scelus infandum ! diversa in frusta secundus,  
 Guttura seu fixo per compita cuncta trahendus,  
 Perfidus ille foret. Res est dis acta secundis,  
 Quod non ipsa tuo rubefacta est terra cruento.

*Mopsus.*

Ecce alius rabido, sed adhuc incognitus, ore  
 In caput hoc latrat commentaque turpia fingit.  
 Nam me nuda refert manibus post terga ligatis  
 Parisiis arsisse rogis, quod sancta deorum  
 Numina sprevissem ; falsoque infamia teste  
 Auxiliata viget mentitaque crimina vulgat. 100  
 Inde fuit populatus ager, raptumque sacellum  
 Quo tenuis quondam seniorum vita parentum  
 Sustentata fuit ; gravidas, heu, vendere vaccas  
 Cogor, ut Ausonios mittam Meliboeon in agros  
 Aere gravem multo, ne facta iniuria labe  
 Ignorata fluat, nec iniquo iudice damner,  
 Et templum amissum reparem, maestosque parentes  
 Afflictamque domum soler. Dum talia narro,  
 Vox et lingua cadit nimio suppressa dolore.

*Lycidas.*

Non mala durabunt tanti contagia morbi,  
 Sed penitus convulsa ruent, ceu montibus altis  
 Nix aliquando ruit tepido resoluta calore.  
 Si modo sollicitos oculis Deus aspicit aequis,  
 Forsitan auctorem falsi rumoris iniquum  
 Ignea poena manet. Nullius conscientia culpae  
 Pectora solentur ; speculo conspectius ipso  
 Verum, Mopse, patet ; communia verba fatentur  
 Nulla latere diu vanae mendacia linguae.

*Mopsus.*

Scis bone, scis Lycida, cum festa Palilia fumant,  
 Ad sacra quot dederim bifores altaria cantus,  
 Scis opus assurgens verae quod pandit opertum  
 Religionis iter ; coeptum si quando laborem 120

Exsequar, invitus rumpetur Livor, et atros  
 In sua convertet dentes et viscera morsus,  
 Ut canis in sese dentes rabiosus acutos  
 Acrier obvertit, postquam saevire negatum est  
 Corpus in externum, vanasque latravit in auras.  
 Sed reliquum properans sermonem intercipit Hesper,  
 Et saturas ad plena boves praesepia cogit  
 Ducere. Quod superest, cum crastina fulserit hora,      130  
 Accipies; iam, iam caeco surgamus ab antro.

## ECLOGA IV.

*Cantatur victor certanti Carolus ore,  
 Atque nova Gallus coniuge gaudet ager.*

CEDRUS. LAURUS. PINUS.

*Cedrus.*

Laure, quid absentem tumida me voce lacesiss?  
 En adsum intrepidus, nec bella indicta recuso  
 Garrulitate tua. Torvo quid lumine Cedrum  
 Respicias instantem? fumo non terror illo  
 Quem lagana emittunt paleis ferventia tostis.

*Laurus.*

Nubila si fulgens in tempora vertitur aer,  
 Nil mirum est, viso cum capra haec marcida faeno  
 Vitanda irritet religatum cornua taurum.

*Cedrus.*

Audes rasa pecus crepitu balare trementi?  
 Seu levibus calamis libeat, seu voce sonora,  
 Sive agili saltu aut forti certare palaestra  
 Aut iaculo celeri, iam iam mora segnis abesto.      10

*Laurus.*

O quanta infelix opprobria victus habebis,  
 Omnia si fuerint praesenti emissa duello  
 Hoc inclusa sinu cerebroque reposta profundo,

*Cedrus.*

Scilicet occulti cerebroso in vertice grylli,  
 Innumerusque sinu cimex manabit oleni,  
 Spurcius aut animal, passu cui plurimus arto  
 Seu pes digna dedit, longus seu nomina pedor.

*Laurus.*

Non est abiecti nisi vox audita cuculi. 20  
 Quid brevis iste pulex, quid vilis homuncio possit,  
 Parvula quem solo formica voraret hiatu?

*Cedrus.*

Ipse cani similis scabioso semper apertis  
 Dentibus oblatras, morsu laniasse rapaci  
 Nescius et quemvis pronus tremuisse minantem  
 Et timidam cepisse fugam tritasque latebras.  
 Efficiam toto fluxas de corpore guttas  
 Defessa excutias dextra laevaque madenti.

*Laurus.*

Tu me sudantem efficies, qui frigore nudus  
 Assiduo confectus eas digitosque coactos  
 Calfacias pleno solis cum flatibus ore?  
 Mene putas vilem, digitos quod ruptus hiantes  
 Calceus ostendat, scissa est quod vestis utroque  
 Ex umero pendens, et crassa cannabe suta?  
 Extensane homines palma metiris ineptos?  
 Gratior hic habitus, quam me vicinia furem  
 Defraudata vocet. Furto sunt nota patenti  
 Pallia quae gestas; piceatis omnia palmis  
 Tacta rapis; quid, si suspendia digna parentur?

*Cedrus.*

Hoc, nisi conticeas, illisum hastile cerebrum  
 Sanguineoque solo fundet caput undique fractum. 40

*Laurus.*

Crebros puncte nimis calces extendis aselle.  
 Nunc tua nudarem detracta viscera pelle,

Quam ferres proprio, victus ceu Marsya, dorso;  
Sed bonus ecce venit media inter iurgia Pinus.

*Pinus.*

Arrectum cur, Laure, pedum? cur, Cedre minator,  
Saxa parata tenes? num vos male sana furentes  
Armatas conferre manus dementia cogit?  
Iamque truces iras, iamque aspera mittite bella,  
Et vicibus certate piis; me iudice certa 50  
Pignora ponantur, quae pura et candida virtus,  
Non odium letale, gerat, nec pugna cruenta.

*Cedrus.*

Sis ingrata licet crocitanti gutture cornix,  
Et dispar certamen eat, tamen ista subibo  
Proelia vel raucis numquam dignanda cicadis.

*Laurus.*

Garrula limoso quid gurgite rana coaxas?  
Pignora quid cessas tantam excludentia litem  
Ponere? certantes solus probet exitus ambos.

*Cedrus.*

Terribilem depono bovem palearia longa,  
Cervicem immensam, latus ingens, cornua panda, 60  
Hirsutas aures atque ubera plena ferentem.  
Calcatam pes signat humum spatiosus, et ipsam  
Cauda notam verrit gressus demissa per imos.

*Laurus.*

Insignem maculis taurum cendentibus addo.  
Indomitam nulli cervicem subdit aratro,  
Cornibus et rigidis pedibusque ferocibus arcet  
Vincla inicta procul, cunctique instare tremiscunt,  
Et pleni horrendis reboant mugitibus agri.  
Sed cupidas compesce manus, ne mutua iam iam  
Vulnera conspiciat litemque infestet amaram  
Arbiter electus; vox est cantare parata. 70

*Pinus.*

Incipe; communem medio me in caespite ponam,  
Iurgia ne surgant factis inopina sinistris.

*Cedrus.*

Musae felices, Musae, quae pectora semper  
Nostra refovistis, Cedro dictate canenti.  
A stipula semota levi monumenta precamur,  
Non tenui canna, vestro sed digna favore;  
Res non parva venit, magnoque est ore sonanda.  
Divinum Augusti partum et maiora referte  
Incrementa dei triplex cui Gallia servit  
Regnaque avita simul, ferro devicta potenti.

80

Rex fuit, attonito solis qui nutibus orbi  
Laetitiam incussit subitam trepidumque timorem.  
Legitimi subiens socialia vincula lecti  
Ipse Deum supplex humili sic voce rogavit:  
'O pater omnipotens, caelum qui mobile et astra  
Ignea, qui liquidum pontum terramque rotundam  
Aeraque immensum formas, tellure recenti  
Primaevum qui fingis Adam costaque virili,  
Heu, heu vipereis deceptam fraudibus Evam,  
Si te principio veneror, si fine carentem,

90

Atque unum trinumque simul, da gignere natum  
Magnanimis similem proavis nec laude paterna  
Degenerem, sed adhuc maiora et plura gerentem'.

Vix ea finierat, gravida cum filius alvo  
Materna conceptus erat. Fetuque soluto  
Silvestres coiere deae; pars lilia portat,  
Pallentes aliae violas rubeosque hyacinthos,  
Pars cingit roseis infantia tempora sertis.

Et tenera exsultans dulci cum melle labella 100

Irroravit apis; pariter longissima nentes  
Stamina volverunt concordi mente Sorores.  
Postquam prima aetas rigidis instructa magistris  
Exiit, et campo fuerat concessa potestas  
Liberiore frui, procerum hostile movere  
Atque artum in gyrum luctantia flectere colla  
Fortis equi didicit, fulvos agitare leones  
Spumantesque apros, praedamque referre potitam.

Perdidit ut longa confectum aetate parentem,  
Unanimi gratus populo moderamina sumpsit      110  
Immatura puer, iustaque refrenat habena;  
Eminet et sensus iuvenili in corde senilis.

Haec cecinit Cedrus; memores narrate Camenae  
Congrua quae fuerint Lauri responsa sequentis.

*Laurus.*

Nunc nunc, Phoebe potens, modulanda in carmina vires  
Funde tuas, ne turpe ac victum dedecus astem.  
Hunc etiam cantabo deum qui Marte secundo  
Infestas acies sternit, gentesque superbas  
Sub iuga demittit faciles reddentia mores.  
Ecce Minor celeri superata Britannia bello      120  
Paret, et insignis superest nova causa triumphi.  
Hunc si magnanimum tractantem proelia Caesar  
Strenua vidisset, Romano Gallia numquam  
Imperio subiecta foret. Pax aurea nuper  
Et secura quies tranquillaque tempora florent.  
Deposito squalore nitet nuptaque recenti  
Iubilat omnis ager vocemque ad sidera iactat,  
Atque alium ex alio natum per laeta precatur  
Tempora perpetuo productaque fila metallo.  
Dum domus haec stabit solio subnixa verendo,  
Afficiet varia totum formidine mundum      130  
Extollens sublime caput famamque perennem.

*Pinus.*

Arbiter indignus tanti certaminis adsum.  
Hoc maior censura notet; nimis alta petuntur,  
Iudicio non apta meo. Iam lite peracta  
Et pacem aeternam laetasque adiungite dextras.

## ECLOGA V

*Pinguis ager canitur presso sulcatus aratro,  
Uber et aprico vinea culta iugo.*

AMYNTAS. CORYDON.

Forte senex Corydon simul et crinitus Amyntas  
Sederunt viridi fluvialis margine ripae.  
Illi solus ager, sola est huic vinea curae.  
Quisque suas extollit opes, sub iudice nullo  
Haud discors certamen habent. Prior inquit Amyntas.

*Amyntas.*

O nimium felix possessum quisquis agellum  
Desidis exercet pulso torpore veterni.  
Non mala paupertas, non ora famelica cogunt  
Improba concussa pelli ieunia queru.  
Obsequitur bene cultus ager maioraque reddit  
Faenora quam capiat, messique capacia desunt  
Horrea; tam larga est undanti Copia cornu,  
Annua sic nostro respondet glaeba labori.  
Cum nimis ignavos intra sua tecta colonos  
Aspera claudit hiems, agrestia cudimus arma  
Sollertique manu soles superamus inertes.  
Vere novo pinguem depresso vomere terram  
Curvus aro, fortisque gemunt sub pondere tauri,  
Atque iterum obliquo proscissum est aequor aratro,  
Et crassas rigido glaebas disrumpo ligone.  
Haec eadem autumno tellus versatur aperto  
E gremioque habilis deprenum dextera semen  
Proicit, et pariter sulcis abscondit aratis  
Ardua quos cingunt altae munimina fossae.  
Et Cereri sua sacra fero, ne grandis acervus  
Desit et optati spes irrita decidat anni.  
At cum luxurians tenera seges advenit herba,  
Pascimus, ut rarus gravidae sit culmus aristae  
Et melius rectum vacuas se extollat in auras.  
Nec minus infelix lolium lappasque nocentes  
Et crebro sterilem rastro insectamur avenam.

10

20

30

Aestibus in mediis ne flaccida decidat herba,  
 Exustum induco sinuosum flumen in agrum ;  
 Et bibulis limum sulcis diduco palustrem.  
 Si qua nocet frondosa satis crescentibus umbra,  
 Curva falce premo ; volucres expello rapaces  
 Ingenti sonitu fictae vel imagine formae.  
 Quid, cum matura flavescit campus arista ?  
 Si nostra herbosis obducta est area clivis,  
 Vertimus, et molli solidata foramina creta                  40  
 Aequamus tereti saxo plantaque sequenti.  
 Post seco triticeam segetem, sparsosque maniplos  
 Ictibus immensis ferio ; percussa refertis  
 Grana fluunt spicis, paleae cumulantur inanes ;  
 Et discussa levem iacio frumenta per auram,  
 Et mundata loco. Nullis granaria rimis  
 Rodentem admittunt murem, cribroque frequenti  
 Excutio infestas spisso cum pulvere blattas.  
 Urimus et secta stipulas gravitate carentes.  
 Nec semper frumenta sero ; vel pingue legumen                  50  
 Accipit, aut totum durescit campus in annum,  
 Et sparso exhaustas reparat laetamine vires.

*Corydon.*

Graniferum non damno solum camposque feraces  
 Qui fuerint cupido iussi servire colono ;  
 Non tamen inferior nec dispar vinea ; fructu  
 Uberiore manet ; docet experientia saecli  
 Longa mei ; multis exercitus usus ab annis  
 Doctior est primae molli lanugine barbae.  
 Vinea sed pigro nil profectura colono ;  
 Exigit ingentem curam durosque labores.                  60  
 Seu deformis hiems, seu torrida fugerit aestas,  
 Ipse sero parili distantes ordine vites  
 Collibus apricis croeam qua conficit uvam  
 Exoriens Phoebus ; sed glaebas ante supinas  
 Conterit aspirans Aquilo versique bidentes.  
 Iungimus et rasas contra mala flamina cannas,  
 Illarum infectus ne qua robigine cortex  
 Crescentem abrodat vitem. Dum bracchia palmes  
 Prima tener fundit, manibus decerpo repandis,  
 Sed validum ferro tabulatum scinditur unco,                  70

Ut melius penetrans gravidam sol decoquat uvam.  
 Atque infesta vetant textae pecuaria saepes.  
 Ne calor intensus, nimium ne frigus adurat,  
 Saepius est ducta vitis circumdata terra.  
 Et sulco defixa levi propago remittit  
 Aemula maternis melioraque germina ramis.  
 Fervida cum summis vindemia collibus instat,  
 Carpimus ex plenis maturas vitibus uvas,  
 Fortibus et calathos umeris portamus onustos.  
 Dumque lacu positas celeri pede rumpimus uvas, 80  
 Sordida tinguntur salienti corpora musto.  
 Desuper expressos torquentia saxa racemos  
 Ponimus, astrictis munitaque dolia circlis  
 Impletur, raucumque cinct nova musta susurrum.  
 Inde coronatum patri cratera Lyaeo  
 Libamus cuncti magno clamore vocantes.  
 Ut vitem sera spoliatam fronde putavi  
 Atque fimo sparsi crebro sola fracta bidente,  
 Sub tectum sarmenta fero, flammaeque salubres  
 Lucentesque micant, madidus cum defluit humor. 90

Hi duo pastores placida sic voce caneabant  
 Tityrus Ascraea lusit quae primus avena.  
 Quisque suam exhausto villam sermone petivit.

### ECLOGA VI.

*Francus inaudita dammam polit arte nitentem,  
 Quem ferat ad dominam sorte favente suam.*

GALLUS. FRANCUS.

*Gallus.*

O quam vana teris poliendo tempora damma,  
 Deliciose puer, nam pectine semper eburno  
 Mansuetos verris clunes et lactea colla,  
 Suspensisque fricas manibus, gremioque tepenti  
 Huius membra foves placido madefacta sopore.  
 Instruis ut miti porrecta cibaria dente  
 Carpat, et ad nutus celeri pede currat eriles

Admotasque manus lambat ; cervice nitenti  
Aurea dat crepus dependens bulla sonoros  
Caelatamque gerens molli sub imagine nympham. 10  
Munditiis innata viget ; per vulnera mille  
Oppeteret potius, maculis quam sordeat atris.  
Frivolus hic labor est ; viridi dum gramine gutta  
Matutina nitet, fecunda in pascua, France,  
Duc avidas potius pecudes. comitesque Molossos.  
Fructiferis operanda modis studiosa iuventa est  
Sedulitate mera, senio ne, France, trementi  
Heu sis vicini vanus spectator acervi.

*Francus.*

Utile consilium profers, nec sancta recuso  
Maturi documenta senis, sed, Galle, probandum est 20  
Ingenii iuvenilis opus quod mente sagaci  
Omnia praevideat baculo ventura senili.

*Gallus.*

Si viget in tenera velox prudentia mente,  
Cur verbis adversa facis? docilique iuventa  
Cur tua venturos aetas non respicit annos?  
An dabit iste tuus tam larga obsonia damma,  
Ne gregis errandi te cura remordeat ulla?

*Francus.*

Si labor esset iners, sterili si litus aratum  
Vomere, si vigilis consumpta impensa lucernae,  
Esset ovis pascenda mihi ; maiora recessu 30  
Utiliore feram prima quam commoda fronte.  
Nec spes fracta cadet, ni mens praesaga bonorum  
Sit falsa decepta fide votisque sinistris.

*Gallus.*

Haud motu credenda levi est, nisi causa liquecat  
Nota prius ; dubia dependet sorte futurum.  
Votis saepe suis et tempore fallitur ipso  
Credula mens hominum ; sed si fortuna secundet  
Optatis ventura tuis, gaudere necesse est.

*Francus.*

Edita nympha lacu cycnos pascente canoros  
 Hic ubi femineum sortita est Mantua nomen 40  
 Arverno stat iuncta duci, quo bella movente  
 Arma infesta tremunt, domitoque ex hoste triumphat,  
 Qualis Thessalico Caesar memoratur in agro  
 Hostiles superasse manus, vel qualis Achilles  
 Hectore ter rapto caesum fuit ultus amicum.  
 Non ita nix pura est canis quae montibus albet,  
 Haud planta calcata gravi, quam pulchra nitentis  
 Membra deae radiant; clarumque decentia factum  
 Nomina convenient sacrato imposta lavacro.  
 Cornigeros alii cervos capreasque fugaces 50  
 Auritosque ferunt lepores ursosque feroce,  
 Ast ego dona fero roseae quae congrua nymphae  
 Mansuetaeque reor; damma non tersius ipso  
 Mitius aut animal, nec forma venustior exstat.

*Gallus.*

Forsitan haec eadem curas ridebit inanes,  
 France, tuas, moto nec cardine firma patebit  
 Ianua pulsanti, neglectaque dona iacebunt.

*Francus.*

Scilicet hoc tali natum est ex arbore germen  
 Quae lassum dulci venientem amplectitur umbra,  
 Nec mundi pars ulla iacet qua mitior arbor 60  
 Fructificet; nostro iam nota est illa palato,  
 Dum vesana fames bilem stimularet acutam.

*Gallus.*

Omnia iejuno sapiunt vel pessima ventri.  
 Saepe bibi crassam caenosi fluminis undam  
 Aestibus in mediis; sitienti molle Falernum  
 Illa mihi visa est, grato vel suavia gustu  
 Massica, civili pressus vel clade Lyaeus.

*Francus.*

Dulcior haec nympha est illa quam daedala cera  
 Mellificavit apis; tali pro nectare linquam

Caelestem ambrosiam sacrum quae spirat odorem. 70  
 Interea coctum ferventi sinciput olla  
 Atque unctos lardo caules comedamus opino.  
 Ecce vocat tardos mensa nos, Galle, parata  
 Docta saporiferas Phyllis condire popinas.

## ECLOGA VII.

*Splendida sunt magno laudanda palatia luxu,  
 Parva sed exilis tecta colenda casae.*

BRUNUS. HARMON.

Iam medium Titan scandebat torridus orbem  
 Et lassos stimulabat equos, cum flebilis Harmon  
 Intravit gelidi sinuatum fornicis antrum.  
 Quem procul ex alto prospectans vertice Brunus  
 Speluncam celeri cursu devenit eandem,  
 Atque ait, 'O superis descendens cantibus Harmon,  
 Quem (*quos?*) crebra fecere novem vertigine caeli,  
 Argutam nunc tange chelyn quam doctus Apollo  
 Donat, et ipse suas monstrat non invidus artes.  
 Sed facilis resonetur amor ; nam basia centum  
 Attica nunc tribuit redolenti mella labello  
 Panthea, me nitidis medium complexa lacertis.  
 Tange, nec optati differ modulamina plectri.

10

*Harmon.*

Heu, mea nunc solito mens est aliena canore,  
 Et nova causa subest iustaeque inopina querelae.  
 En pecus infelix vix mucida vellera portat  
 Aegraque membra trahit macieque affecta suprema ;  
 Invenit et nullo pascendum gramen in agro.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

*Brunus.*

Certe rumor erat Gallis vulgatus in agris  
 Quod tandem emeritus donati cultor agelli  
 Numine Caesareo fueras, viridique sub umbra  
 Dulcia permolli resonabas carmina voce.

20

*Harmon.*

Heu, quam sunt ipso (*isto?*) distantia murmure facta.  
 Non leve sic folium summaeque moventur aristae  
 Mobile quam verbum est quod subdola Curia iactat,  
 Curia sollicitis non absona nomina curis  
 Iure gerens, blandis arridens Curia verbis.  
 Credula corda foveat ventosaque facta ministrat.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris. 30

O ego vixisset patrio contentus agello  
 Nec factus proprio maior pede passus inesset,  
 Et steriles Musae, desertaque plectra fuissent,  
 Nam melior cura est simas pavisse capellas  
 Quam terere incertam per inania tempora vitam  
 Ridendisque manu muscis mansisse referta.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

Quam mens laeva fuit, quam vanum pectus et excors,  
 Curia cum subiit pedibus fugienda citatis,  
 Ut fugit infernus sacratam spiritus undam. 40  
 A cane deluso documenta sequenda dabantur,  
 Ne peterem certis vanam pro carnibus umbram,  
 Quamvis maius erat visa sub imagine frustum.  
 Sed plena extremis fossa est et sensibus arvum.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

Heu numquam rigidus fidisque monentibus asper  
 Exemplo sis, Brune, meo, ne vulnere turpi  
 Ipse cadas proprii percussus saepe ligonis.  
 Quam facile imprudens puteum delapsus in imum  
 Vix est difficii multoque labore retractus 50  
 A sapiente manu. Laudato ingentia tecta,  
 Exiguas habitato casas; nidoque relicto  
 Ne sis laudatam praeceps volitator ad urbem.  
 Muscosos iterum fontes silvasque comantes  
 Et lympham optabis per levia saxa fluentem.  
 Vertitur in longos grata est quae Curia luctus,  
 Inscia ceu volucris iactam cum viderit escam  
 Advolat, et laeto depascitur ore; dolosis  
 Mox laqueis deprena gemit, sortemque priorem  
 Optat, et assiduis maeget sua fata querelis. 60  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

O proprie felix sorti quicumque quiescat  
 Nec nimias affectet opes miseraeque fugator

Ambitionis eat, popularis spretor et aurae,  
 Ponat inornatas simplex cui vilica mensas  
 Cum revocat serus sub nigra crepuscula Vesper,  
 Et dulcis coniunx, et circum pignora cara  
 Assideant passumque levent sermone laborem.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

Credideram nummis seniores, Brune, parentes  
 Sustentare meis, sed mercenaria cogor  
 Vincla pati varias mundique errare per oras,  
 Ut spes frustratas multo sudore reponam,  
 Si modo cura potest vigiles operata labores  
 Amissam reparare diem. Quam fabula turpis  
 Heu fierem rediens Latios pannosus in agros.  
 Namque putat simplex nulloque expertus ab usu  
 Alliget ut pinguis Gallas lucanica vites.  
 Conveniens curis modulandum est carmen amaris.

70

*Brunus.*

Cautior ipse meas per inhospita tesqua capellas  
 Semper agam, certos cantuque amplectar amores.  
 Sunt fugienda cito monstrata pericula cursu.

80

## ECLOGA VIII.

*Infelix Corydon sortem deplorat amaram;  
 Si nescis, maestum non nisi maesta decent.*

QUIRINUS. CORYDON.

*Quirinus.*

Esse quid hoc dicam querulo quod semper in ore  
 Flebile carmen habes nec rebus laeta profanis  
 Inseris, o Corydon? Dulces modo cantat amores  
 Tityrus, amissum pulsus modo deflet agellum.  
 Diversum delectat opus; fastidit eisdem  
 Semper onusta cibis et eodem mensa sapore.  
 Pulchrior est varias tellus quae parturit herbas,  
 Ipsaque non uno confecta ex flore corona,

*Corydon.*

Sulcandum est aequor ceu conscientia tempora suadent ;  
 Si fera perstat hiems, non est de litore tuto 10  
 Dissolvenda ratis, Zephyro sed danda secundo.  
 Ut strictum evasit furibundi militis ensem  
 Praecipiti saltu vicinam iactus in undam,  
 Tityrus uda gemit siccantem vellera caprum.  
 Postmodo frondosa lentum meditatur in umbra  
 Carmen, et erecta est bis senis ara diebus  
 Quae iuveni ablatum reddenti fumat agellum.  
 Nos quoque securi iuveniles lusimus ignes,  
 Nec quisquam tam laetus erat per compita festa ;  
 Sublimem aereis feriebam saltibus auram. 20  
 Primas vere rosas, Cerealem aestate corollam  
 Cumque autumnali brumalia munera fructu  
 Noster habebat amor, furtivaque gaudia sumpsi.  
 Tunc bene, tunc capto fervens in pectore sanguis,  
 Mollities tunc apta fuit ; nunc vita severo  
 Tempore mutata est, et maior cura subivit.  
 Intempestiva decerpsum ex arbore sorbum  
 Tempora maturant et acerbos longa racemos.  
 Non tamen exhaustus vigor est nec languida segnis  
 Corpora torpor habet ; quamvis iam tempus utrumque 30  
 Canescat, nondum digitis numerata recurrent  
 Septima lustra meis ; sed dulcia gaudia pellit  
 Sollicitudo gravis vultusque obnubilat albos.  
 Nulla adeo spinosa riget quae tempore longo  
 Anxietas non mitis eat ; sed nostra dolores  
 Auget inexhaustos, nec durum avertere fatum  
 Tam tristis fortuna potest. Praesentia semper  
 Transactis peiora manent, nec certa futuri  
 Signa boni video ; tanta est caligo malorum.  
 Nulla quidem est arbor docta quae falce notata 40  
 Non servet nostros inciso cortice versus ;  
 Lassus et umbrosa recubans sub fronde viator  
 Carmine perfecto vires instaurat ademptas,  
 Et bona discedens auctori fata precatur.  
 Sed sine fruge labor, sed barbarus arida verba  
 Heu male singultans multo ditabitur aere  
 Et niveis incedet equis ostroque superbus

Contemnet morsu quem rustica cingit adunco  
Fibula, et attrito vincita est cui sura cothurno.  
Dulcis et Amphion et magnus habebitur Orpheus.

50

*Quirinus.*

Barbarus ingenuas vis muneret inscius artes?  
Vis humilem indigno vestitum murice asellum?  
Ausonios repetas fines qua Martia septem  
Addita Roma iugis reliquas supereminet urbes  
Alta velut lentum pinus Cybeleia vimen.  
Illic praesentes divos et prospera forsitan  
Sidera cognosces, ut Tityrus ipse solebat.

*Corydon.*

Nescis, heu nescis quam sit mutata, Quirine,  
Ilorum natura deum; modulabile carmen  
Degustant, fateor, sed nummi solus habendi  
Fervet amor; radio solari est gratius aurum.

60

*Quirinus.*

Huc modo, quid facias, Corydon, modo distrahor illuc,  
Ceu dubius quo vertat iter si quando viator  
Incidit in bivium; sed tandem Gallica tellus  
Forsitan in sola tua damna resarciet hora.

## ECLOGA IX.

*Silvestres generosus agros contemnit Iolas,*  
*Agrestique statu grandius optat opus.*

Numquam sorte sua pastor contentus Iolas  
Agresti maiora statu volvebat, et illi  
Rusticitas invisa fuit; contraria fata  
Res nimis arta dabat. Tandem sub vallibus imis  
Hos secum accenso rupit de pectore questus:

‘O sors infelix, o dura et tristis egestas,  
An cedes mutata loco? numquamne ligones  
Deponam rigidos? sic valle inglorius ista

Vivam ego? sic custos immobilis usque videbo  
 Avia pascentes inter dumeta capellas? 10  
 Ah potius pecus omne cadat, silvasque recisas  
 Exustumque nemus spectem quam gnava iuventa  
 Tam vilem sortita locum contenta quiescat.  
 Cum lux albescet gallo praedicta canenti,  
 Maiores tentabo vias, panesque recentes  
 Rubraque poma feram; nec pressis turgidus uvis  
 Cantharus abfuerit, nec magno caseus orbe.  
 Ut deerunt dupli portata viatica pera,  
 Silvestres comedam bacas praeduraque corna;  
 Puro fonte bibam, donec meliora dabuntur 20  
 Pascua. Sed quidnam miseri penuria victus  
 Magnanimo fortique viro metuenda videtur?  
 Nondum tinctus erat prima lanugine vultus,  
 Cum Felsina meas Patavinaque rura Camenas  
 Ocnaeique lacus Tiberinaque senserat unda.  
 Nec satis hoc fuerat; gelidas transcendimus Alpes  
 Longum iter ingressi, campus qua Belgicus et qua  
 Celticus apparet, nec non, vesane Garumna,  
 Pestifero calidi qua flamine tolleris Austris,  
 Et Pyrenaei saxosa cacumina montis 30  
 Sunt pedibus calcata meis; nec defuit umquam  
 Fertilis auditio partus modulamine victus.  
 Et nisi liventi Discordia tincta veneno  
 Inceptas fregisset opes, non viveret alter  
 Ditior in Gallis nec fortunatior agris.  
 Hoste tamen domito solor; quid victa iuvaret  
 Pectora tam grandis congesti summa peculi?  
 Strenua paupertas rebus praelata subactis  
 In pretio maiore venit nec laude minori.  
 Infima sunt, fateor, generis natalia nostri,  
 Sed nullum inveni generoso corde priorem. 40  
 Namque alius pastor vel sola mapalia curat  
 Aut asinum lana venali dicit onustum  
 Non tacita exclamans emptricem voce per urbem;  
 Sarcula, marra, ligo, rastrum, traha, vomer, aratrum,  
 Aut ovis assiduo seu bos versatur in ore.  
 Haec animis aliena meis quis crederet umquam,  
 Inclita quod tenui regnarent stemmata panno?

Hinc freta lata petam vel gurgite mergar in alto  
 Vel capiam ingenti spatiōsum pondere piscem ; 50  
 Hic nisi pungentes spinas caenumque palustre  
 Prendere nil possum. Sed mobilis ipse putabor,  
 Quod pelle indigner propria. Male providus essem,  
 Si plebem incertam sequerer ; mutabile vulgus  
 Fortunam extollit facilem duramque reprendit.  
 Hoc saltem laudabit iter cui mente profunda  
 Excellens natura subest ; stat pectoris alti  
 Quaerere fortunam quacumque in parte latentem.  
 Virtus rara iuvat, fateor, sed maximus ille,  
 Ille deus nostras solitus laudare Camenas, 60  
 Numina dextra dabit reliquosque in vota ligabit  
 Nostra deos. Ipsis res est non parva misellis,  
 Si faveat sanctus caelo vel solus in alto.

## ECLOGA X.

*Regia magniloquum faciunt stipendia vatem  
 Qui poterat nullos pauper inire sonos.*

CORYDON. IOLAS.

*Corydon.*

Tantane visendi tenuit mora regis, Iola,  
 Ut tua cessarit taciturnis fistula cannis  
 Parisio defleta solo? nam garrulus Idas  
 Omnia disperdens raucum per compita carmen  
 Ingenti simulata bovi ceu rana tumebat.  
 Ignoto solitus latuisse foramine sorex  
 Non viso media infenso lascivit in aula.  
 Tota sed absentem clamabant rura poetam,  
 Deliciis privata suis ; nisi tempore sero  
 Amissam infelix caudam non noscit asellus,  
 Scilicet aestivis quando stimulatus ab oestrīs  
 Ille furit nec habet denso quo possit ab hoste  
 Offensam texisse cutem, sed corpore toto  
 Non evitati patitur fera vulnera morsus.

*Iolas.*

Si strepat ingrata raucescens voce cicada,  
Nil mirum est; vitium geniali sorte tributum  
Insequitur; vis est Naturae invicta potentis.  
Sed nequit insanus rudentis clamor aselli  
Arcanos penetrare polos. Facit aemulus hostis  
Obsita ne possit longa robigine virtus 20  
Aeterno marcere situ; miseranda loquaci  
Invidia fortuna caret, livorque probatur  
Commiserante vicem melior pietate sinistram.  
Sed cum falsa semel triviale suasio Musam  
Imbuit, haec vano petulans in corde senescit  
Non ullis vellenda modis, alienaque damnat  
Carmina concinno quamquam modulata canore;  
Verba rudes inter balbutit inepta catervas.  
Scilicet incedens puerili inflatus honore  
Corvus et argutum crocitans si tentet olorem, 30  
Aufugit explosus totisque irrisus ab agris,  
Lucifuga obscuro latitat ceu noctua luco.  
Nec quisquam infestat doctam nisi stultus avenam,  
Omnis et aucta viget crassis inscitia fibris.  
Si mulces gratis raras concentibus aures,  
Garrula contemnas ventosae murmura plebis.

*Corydon.*

Ista Theocritio gravior sententia versu  
Nescio quid nostras maius diffudit in aures  
Quam tua praeteritis aetas praeluserit annis.

*Iolas.*

Heu, heu pauperies victum pannosa minutum 40  
Sollicito acquirens animo non ructat hiatu  
Grande Sophocleo carmen; vix publica vena,  
Vix stridens sterili culmus succurrit in agro.  
Ipsa etenim nimio mens intercepta dolore  
Et vegeti clauso sensus fudisse meatu  
Robora nulla potest, viresque hebetata potentes  
Strangulat illa suas, reserant quas gaudia tandem  
Auxiliis concepta novis, grandesque profunda

Materias tellure cavant. Sublatus ab ipso  
 Tityrus Augusto Mavortia cooperat arma 50  
 Horribili resonare tuba, pressusque maligna  
 Paupertate miser nullaque afflatus ab aura  
 Vix minimum rudibus culicem deflevit avenis.  
 Sic ego, sic tandem secessum nactus amoenum  
 Et pulsa optatam iam paupertate quietem  
 Nescio quid magnum tacitis excudo sub antris  
 Fabrilis nequeat tota quod malleus arte  
 Cudere; nam triplex, quo non praestantius ullum  
 Eminet, ingenio fabricandum est numen et arte.  
 Atque ipsos fulvo conflatos aere colossos 60  
 Marmoreo in templo ponam, cunctisque Kalendis  
 Ad sacrum tauros mactabo altare nitentes.  
 Nobilis est campos animi vulgare per omnes  
 Otia quis dederit vitae tranquilla beatae.

*Corydon.*

Ante alios felix pastores, profer, Iola,  
 Gaudia, nam praestant maius narrata levamen.

*Iolas.*

Stat deus, o Corydon, Rhemensi summus in orbe  
 Regalem sacro frontem qui tingit olivo  
 Sedibus a superis misso, cui iure regenda  
 Gallica Caesareo commissa est numine tellus.  
 Exstat et alter adhuc quovis celebrandus honore, 70  
 Regia communem fecit quem cura patronum  
 Imperio consulta suo. Non posset utrumque  
 Dicere lingua deum milleno gutture nixa;  
 Deficit humanum tanto sub pondere robur.  
 Scilicet est inopem miseratus uterque senectam  
 Et nostrum augustas nomen portavit ad aures.  
 Iuppiter ille novus fama compulsus eadem  
 Me voluit medio cantantem audire theatro.  
 Ut primum intravi, Tyrio vestita colore 80  
 Corpora spectavi membris compacta torosis  
 Pendentesque suo torques gestantia collo;  
 Et nitida fultus gemma circumdabat orbis  
 Formoso digitos Baccho vel Apolline dignos.

' O quantum haec ', dixi, ' villo indumenta caprino.  
 Et distant duro suris perone revinctis '.  
 Iuppiter ecce venit magno stipatus honore.  
 Ipse olim vultus inter nutritus agrestes  
 Admiror primo aspectu, mox poplite flexo  
 Ante ipsum quae sita Iovem modulamina fundo, 90  
 Scilicet ut bello claram expugnavit aperto  
 Parthenopen patrios victorque redivit in agros,  
 Quamvis Hesperio vetitus foret orbe regressus.  
 Nescio qua nostri captus dulcedine cantus  
 Ille fuit; fulvi saccum donavit et aeris  
 Vix istis delatum umeris, cunctosque per annos  
 Pensio larga datur qualem non lentus habebat  
 Tityrus umbrosis resonans sua gaudia silvis.  
 Quid referam celeri scriptas brevitate tabellas  
 Signatasque simul? nostris quid ovantia Musis 100  
 Atria? vel medios virtus it grata per hostes.  
 Post caecas semper lux est speranda tenebras.

*Corydon.*

O quanta in tacito concepi gaudia corde,  
 Ex vultu manifesta meo; non fictus, Iola,  
 Semper amor durat fortuna notus utraque.  
 Ne tumida sis mente, precor, sortemque secundam  
 Aequa mente feras; totum est invisa per orbem  
 Quae ruit ex alto deiecta Superbia caelo.

*Iolas.*

Immo ego nescio quem figulo genitore creatum  
 Hyblaeis imitabor agris; subvectus in altum 110  
 Ille apicem cenans patriae non immemor artis  
 Aurea fictilibus miscebatur pocula vasis.  
 Providus hic docuit sortem reverenter habendam  
 Exili cuicumque viro cui dona repente  
 Ditia proveniant. Bavio vel iudice dicar  
 Laudandum servasse modum; submissior ibo  
 Quo maior blando Fortuna arriserit ore.  
 Nam si quis nimium caelo confisus aperto  
 Gestiat, adversa non nubila tempora ferre  
 Tempestate potest; tanta imprudentia regnat. 120

Dicere plura libet, magno sed nata Tonanti  
 Progenies alia iam iam modulanda cicuta  
 Materiam praebet laetis concentibus aptam.  
 Est aliquid dextris descendens omen ab astris.

*Corydon.*

Irrita ni vanam fallant praesagia mentem,  
 Accedet maior meritorum summa tuorum,  
 Et demum gradiens donata in templo sacerdos  
 Mystica sacra feres; totus concurret ad unum  
 Pagus adorantem, neque enim te gratior alter.

*Iolas.*

Iam contenta manent certo patrimonia fine  
 Munifico concessa deo; nova taedia gignit  
 Heu nimium linguae vox importuna procacis.  
 Muta licet fuerint, servi benefacta probati  
 Maxima quaeque petunt; bene agenti prospera cuique  
 Omnia succedunt nullis sperata diebus.

130

## ECLOGA XI.

*Quid fugis o Gallas paedico Balbe favillas?  
 Gallica quod nequeat, flamma Britannia dabit.*

## LYCIDAS. MOPSUS.

*Lycidas.*

Vix fugat exoriens gelidas Aurora tenebras,  
 Tu tamen irrigua meditans spatiaris in herba,  
 Mopse, pruinoso nec lubrica terra liquore  
 Sparsa nec impediunt canenti gramina rore.

*Mopsus.*

Nunc tua quam fuerint veri praesaga futuri  
 Verba revolvebam, Lycida, quam praescius augur  
 Phoebeo quodcumque canas veracius ore.  
 En detecta patet nostrarum iniuria rerum

Fatidico praedicta tibi ; mendacia tandem  
 Caeca relucescunt. Iusti manifesta dedere  
 Signa dei cunctos soliti punire nocentes  
 Imaque scrutantes taciti penetralia cordis.

10

*Lycidas.*

Quis purum indigna candorem labe notavit,  
 Mopse, tuum? volitans quae murmure fama sinistro  
 Heu te Parisiis combustum dixit in agris,  
 Et sanctam sprevisse fidem Christumque potentem?

*Mopsus.*

Balbica forte tuam levitas pervenit ad aurem,  
 Lanigeras dum pascis oves haedosque petulcos ;  
 Nulla etenim silva est, nullum nemus, avia nulla,  
 Nulla levem quae non exclamant marmora Balbum. . . . . 20

Postquam furtivi celatos carminis usus  
 Prodidit haec cornix alieno picta colore,  
 Et falsa assumpsit Balbae cognomina gentis  
 Quem vendens minimo vilissima scruta triente  
 Accelina domus stabulo generavit oleni,  
 Turpior hic vivens et crimine foedior omni  
 Parisios infecit agros ceu pessima messes  
 Herba resurgentes. Ipso mirabile dictu  
 Heu scelus admisit : noctem cum lusa per altam  
 Alea cessarat, varium spoliabat ovile

30

Et tacito praedam furto comedebat adeptam.

Altus inexpleto gurges dabat omnia ventri  
 Luxuriosa suo : plebeiae vilia mensae  
 Pocula spernebat, spumanti prodiga Baccho  
 Cinnama commiscens summaque voragine potans  
 Ebria nec certo ponens vestigia gressu,  
 Sola resumebat pingui saginata popina.

Immemor ah nimium priscique oblite veterni  
 Balbe tui, quandam pedibus cum rura petisti  
 Gallica nudatis laceroque obductus amictu  
 Euganeam fugiens Troiani Antenoris urbem,  
 Exstructis ne iusta rogis incendia ferres.  
 Ut fuerat satiata fames et plena tumebant  
 Corpora, pro superi, molles fodiebat ephebos

40

Vulnere postico ; terti simul inguina drauci  
Podice laxato fellantique ore subibat.  
Prodigiosa iacens Veneris post furta nefandae  
Iam nitidae medium lucis stertebat ad horam  
Cruda vomens multo commixtaque frusta Lyaeo.  
Maius et ille nefas multoque urgentius addit :  
Scilicet in sacro nullum libamine Christum,  
Et casu volvente refert nulloque moveri  
Aeternos rectore polos, ipsasque suprema  
Casuras post fata animas ; quin ore profano  
Heu nimis ignaro coepit suadere popello  
Ducendam quovis genialem tempore vitam.  
Hic sanctas Veneres devotaque Sabbatho ridens  
Polluit et sumpta ieunia mystica carne,  
Et nullum intrabat fassurus crimina templum  
Innumeris admissa modis, verique iacebat  
Religio neglecta Dei cultusque superni.  
Sic levitas innata ruit, sic pectore caeco  
Mens insana furit stultique inscitia cordis  
In damnum laqueata suum casusque futuros.  
Interea accenso missus censore satelles  
Hoc monstrum prensurus erat populoque vidente  
Igniti plenis olei cocturus aenis,  
Sed volat admonitus celeri properantior Euro  
Fertilis Oceanus qua rura Britannica ditat.  
O foedam turpemque fugam, nam nocte silenti  
Obscurum infelix servili inductus amictu  
Praecipitavit iter ; nummos cum veste latentes  
Interiore iacit, stricto quasi noxia ferro  
Viscera transfodiens. Quid agat mens conscientia facti  
Non videt ulla mali ; tanta est caligo malorum.  
Mendicum adiuvit decocta pecunia Balbum.  
Insontis tamen ante mei mentita professus  
Crimina curvato veniam tulit ore petitam.  
Ut semper divina pii vestigia Christi  
Sancta que facta sequar, debet quaecumque remitti  
Ultori vindicta Deo ; quod Galla nequivit,  
Flamma Britanna dabit ; maiori faenore dicunt  
Offensi dilata Dei tormenta venire.

*Lycidas.*

Cur non ista solo sentina voratur hiante?  
 Cur pluvius non ignis adest qui tanta cremaret  
 Infandi portenta mali? ceu Gomora quondam  
 Et Sodoma exarsit caelestibus obruta flammis.

*Mopsus.*

O quam perversa est Balbi natura profani,  
 Quae melius reticenda fuit quam pauca referre  
 Sordentis delicta viri; brevitate probantur  
 Crimina quae volitant cunctos dispersa per agros.  
 Nauseet ista licet scabies, tamen ulcus apertum  
 Et sanies monstrata iuvat quoscumque disertos  
 Et mala conficiunt cautos aliena notantes.

90

Si videat certo coniunctas foedere mentes  
 Concordesque animos, Discordia seminat arma  
 Unanimi annexos astro fractura gemellos.  
 Candidus en pastor, qui Gallica personat arva  
 Carmine concinno, primis dilexit ab annis  
 Divinum ambrosio sortitum nectare nomen,  
 Et parilis crescebat amor, cum perfidus iste  
 Fraudibus occultis vinctos dissolvit amantes.

100

Heu quam lingua nocet diro suffusa veneno  
 Et Stygiis imbuta malis; non ossea lingua est,  
 Omnia cum tritis sed dissipat ossa medullis.  
 Ast adamanteo religata est gratia nodo  
 Et solida duplicata fide, cum proditus auctor  
 Et committentis nota est fallacia linguae.

Hic gnavos quoscumque odit rabidoque probatos  
 Dente viros lacerat morsuque cruentat acerbo;  
 Testis adest Corydon teneros qui corrigit annos  
 Arte Palaemonia, testis Meliboeus, et Idas,  
 Pectine vocali stupefacta arbusta trahentes.  
 Quos modo praesentes fictis laudavit amicos  
 Vultibus et dulci palpo cum melle perunxit,  
 Ipse venenati cauda serpentis acuta  
 Pungit et absentes aloe denigrat amaro.  
 Illius, o Lycida, factis caritura relatis  
 Verba fluunt veluti rimosa lympha lagena  
 Deperitura fluit; semper torquetur opima

110

120

Vicini tellure sui redituque beato.  
 Semper honesta fugit; pathicis stipata cinaedis  
 Huic tantum caupona placet, talique diurni  
 Nocturnique simul scelerisque inventor iniqui.  
 Ni fallor, radix tantorum incepta malorum  
 Ventura non morte cadet; ceu quercus adulta  
 Diffundet vacuas ramalia longa per auras.  
 Ista sit o potius valida seu caesa bipenni,  
 Seu rapidis exusta rogis, quam fronde nocente  
 Letiferum germen radix infecta remittat. 130  
 Numquam speratis commissa piacula poenis  
 Perditus iste luet, genitus qui crimen ad ipsum  
 Ardet in omne scelus laudemque ex crimine quaerit.  
 Improba non umquam capit is delicta nefandi  
 Impunita vigent; sequitur sua poena nocentes,  
 Seu velox, seu tarda, viros. Sed numine dextro  
 Sedula proveniunt sincerae praemia vitae.  
 Ieiunas pascamus oves Christoque merenti  
 Solvamus tenui modulatas carmine grates.

## ECLOGA XII.

*Adversam superat tolerans industria sortem,  
 Semper et ex humili surgit in alta loco.*

MOPSUS. CORYDON.

*Mopsus.*

Unde ista, o Corydon, laetos armenta per agros  
 Herbida lascivo carpentia pabula morsu?

*Corydon.*

Lubrica continuo tellus non imbre madescit,  
 Mopse, nec excelsos semper ferientia montes  
 Fulmina cernuntur; nitidum post tempora caelum  
 Atra serenatur tenebrisque renidet abactis.

*Mopsus.*

Quorsum tam longo repetita exordia versu?

*Corydon.*

Scilicet est salsis cui plena cucurbita granis  
 Frigentem ad Boream durat Zephyrumque tepentem  
 Vere novo exspectat, sorti nec cedit iniquae.

10

*Mopsus.*

Ast ego verba sequens pagos detrita per omnes  
 Frigora tum primum gelido nascentia vento  
 Deteriora puto Borea quam hiberna gelante.  
 Pello igitur crebro spirantia flamina potu  
 Magnos ante focos; nec abest formosa Neaera  
 Quae dulci argutos cantu devincit olores.

*Corydon.*

Qui primae adverso fortunae decidit ictu  
 Nec sperat meliora sequi non tempore quoquam  
 Lanigeras proprio pecudes includet ovili,  
 Sed custos alienus erit vitamque per omnem  
 Emendicato deget sua tempora pane.

20

*Mopsus.*

Ergo si mixta venturum grandine nimbum  
 Coniciam, mediis maneam securus in agris  
 Et pluviae contemptor aquae, nec tecta subibo,  
 Nubila dum fuerint caelo resoluta sereno?

*Corydon.*

Haud subito interdum fodiendos impete cervos  
 Sollicitus venator habet; nunc valle sub ima,  
 Nunc saxosa inter montanae devia silvae  
 Vestigat multa latitantem indagine praedam.  
 Interea magno nigrum cum murmure caelum  
 Intonat, et rapido fulmen ruit igne trisulcum.  
 At non tecta petit timido vicina pavore  
 Coeptum opus immensum linquens venator ob imbre,  
 Ingentique canes clamore instigat odoros.  
 Ecce alta occurrit ramosus cornua cervus.  
 Hic armos, hic colla rapit, hic crura Molossus;

30

Advolat et praeceps cursu venator anhelo  
 Atque intra lacerum figit venabula cervum  
 Robusta ferrata manu, victorque triumphans  
 Quaesitam multo praedam sudore reportat. 40  
 Tota domus plausum ciet exhilarata frequentem  
 Ardentisque focos silvam superingerit altam;  
 Attonita exsiliunt lambentes sidera flammae;  
 Corpora laetantur vestes exuta madentes  
 Quae recreant frictis fomenta calentia membris.  
 Mox cervum excoriat centumque in frusta resectum  
 Abluit, et partim verubus transfixa salignis  
 Viscera detorret, partim spumantibus ollis  
 Elixat, dapibusque alii diversa futuris  
 Condimenta parant segnem irritantia gustum. 50  
 At non ora gerunt torpens venata palatum  
 Nec poscunt vario confecta sapore moreta.  
 Accita ad lautam properans vicinia cenam,  
 Pars vetera impletis, pars vina recentia vasis,  
 Fumosum fissa portat pars sinciput aure.  
 Pro re quisque sua convivam laetus amicum  
 Rurali de more refert; onerantur opimis  
 Structae epulis mensae, atque avido discumbitur ore.  
 Praeteritas multo curas Meliboeus Iaccho  
 Diluit. ‘Hos montes, haec,’ inquit, ‘concava vallis 60  
 Ima relustravi, hoc cervum sub colle vagantem  
 Confodi, canibus totos laniantibus artus.’  
 Scilicet emerito non parva est cuique voluptas  
 Ardua perpessos post facta referre labores.  
 Ut satra explerunt turgentem ad guttura ventrem,  
 Saltantes ducunt choreas festivaque dicunt  
 Carmina tam pinguem multum extollentia cenam.  
 Dumque remissa silet languenti fistula folle,  
 Desistit resoluta cohors, cyathosque capaces  
 Sumit et immersam pleno se ingurgitat haustu. 70  
 Cornuaque infigunt muro cervina tenaci  
 Ante coronatos tali cum carmine postes:  
*Haec rediens caeso Meliboeus cornua cervo*  
*Aeternum posuit tolerandi insigne laboris.*  
 Inde casas repetunt humiles vilique grabato  
 Imponunt nimio titubantia membra Lyaeo.

*Mopsus.*

Quid si frustrata consumptum luce laborem  
Cerneret? ingenti nonne hic maerore sepultus  
Impia neglectis faceret convicia divis?

*Corydon.*

Immo constanti solans sua pectore fata 80  
Diceret: 'O pueri, quam lux hodierna negavit  
Crastina concedet duplici cum faenore praedam.  
Nulla umquam veniunt durae infortunia sortis  
Desperanda; uno si spem delusit inanem  
Ementita Ceres, alio felicior anno  
Grandia composito frumenta reponit acervo.  
Quare agite et largo mecum decocta vetusto  
Pisa edite, et vosmet potiorem semper ad esum  
Invicto servate animo; tolerata sinistro  
Aerumna in casu fortissima pectora monstrat 90  
Mascula femineo succumbere nescia ritu.'

*Mopsus.*

Pingue meum exacuit sumen, non larda palatum  
Rancida; tunc inter convictor edulia fortis  
Vilia consisto, quotiens lautissima desunt.  
Quod cogit vesana fames compulsa voluntas  
A criter essequitur; sed mens aliena repugnat  
Ac si aloen renuens glutirem aegrotus amaram.

*Corydon.*

Immensa ingluvies denudat, et alea pernox,  
Et meretrix lasciva; istas torpentia pestes  
Otia parturiunt molli gaudentia luxu. 100  
At contra duros inter versata ligones  
Et callosa manus fossa tellure recludit  
Thesaurum ignotum; tensos quo dirigat arcus  
Adnotat infixum sollers industria signum.

*Mopsus.*

Ista decent longa decoctam aetate senectam  
Consilia, exhaustum cui sit iam sanguine corpus

Ardenti, et sola vicini cura sepulcri.  
 At sua ferventes iuvenili membra calore  
 Haud curant serus clauso quid Vesper Olympo  
 Aut quid purpureo sol crastinus advehat ortu,  
 Dilectamque imo suspirant Phyllida corde.

110

*Corydon.*

Quam petit incipiens Venerem lanugo salacem  
 Cum barba crescente secet; iuvenilia delet  
 Crimina cum studiis mutata prioribus aetas.  
 Ipse (nec inficior) primo cum sanguis in aevo  
 Concitus arderet, caecos furibundus in ignes  
 Irrueram atque imas torrebat flamma medullas,  
 Me miserum, nulla flamma extinguisibilis arte.  
 Non secus urebar flavo quam messis in agro  
 Accensa, indomitis cum perfurit auctus ab Euris  
 Aestus et aerias sublimis fertur in auras.

120

Tanta nec a pluvio possunt incendia fluctu  
 Extingui; totum in lacrimas se solvit amaras  
 Agricola et frustra damnum irreparabile deflet.  
 Ut melior stultam vertit sententia mentem,  
 'Infelix Corydon, quanta est dementia,' dixi,  
 'Sic vanos transire dies, nec fortibus annis  
 Missa reposcentem rastra exercere iuventam.  
 Esto pharetratam superet Galatea Dianam

130

Illecebris formosa suis, nonne ora venusta

Ut rosa pulchra senent, croceo quae mane rubescit,  
 Vespere sed vegetum redeunte amittit odorem?

Edita cur fertur salso Cytherea profundo?

Quod sit amans semper sudore inspersus amaro.

Cur pharetratus Amor? tristes quod missa dolores  
 Spicula configant. Duplici cur lumine cassus?

Non oculis videat quod facta decentia claris.

Cur tectum nullo corpus velamine monstrat?

Stultitia insani manifesta patescit amantis.

Cur puer incedit pictis circumdatuſ alis?

140

Quod nequeat levior vernaque incertior aura

Ullo stare loco, et verba imperfecta relinquat,

Et careat firmo regnanti in pectore sensu.

Quin repeate innumeram fudit quam prodiga dotem  
 Praelarga Natura manu; iactura pudenda est,

- Gratia cum dextris infusa recumbit ab astris.  
 Certi fige aliquid, quo se ventura senectus  
 Conferat exsanguem; longos ne differ in annos.  
 Tardantes iam pelle moras, nam mitia poma  
 Caenosa ignavi non grunnit inertia porci. 150  
 Aestiva in fossis condens frumenta cavernis  
 Non incauta hiemis magno formica futurae  
 Exemplo sit, stulte, tuo, ne turpis egestas  
 Inveniat tremula mendicam aetate senectam.  
 Tristius, ut fertur, nihil est quam nuda senectus.  
 En patrias Thyrsim res oblimare nepotem  
 Insanus compellit amor; sed tempore parvo  
 Evulsa ut gallus pluma nudatus abibit  
 Perque omnes explosus agros. Sapientia summa est  
 Exemplo instantes alieno evadere casus.' 160
- His dictis mens est iusto suffusa rubore,  
 Spinosasque meo curas de corde revelli,  
 Aspera triticeo ceu silva evellitur agro,  
 Ne teneram interimat segetem et fallacibus herbis  
 Luxurient rigidae per culta nitentia lappae.  
 Mox tanto ruris flagravi ardore colendi,  
 Ut nimio immorerer studio; non frigus adurens,  
 Torrida non aestas vetuit, non horrida grando  
 Plurimus aut imber calido demissus ab Austro.  
 Sedula sollicito reparavit cura labore 170  
 Quod stolidus consumpsit amor. Multa undique pubes  
 Ad mea ceu densae volitavit tecta columbae;  
 Et pretium non vile dedit, quo scilicet aptam  
 Disceret in tenues tellurem abscindere glaebas.  
 Primus ego agricolas docui quos Franca tenebant  
 Arva rudes; at nunc possunt cum laude magistra  
 Certare ac docta peregrinos arte colonos  
 Vincere; monstrati tanta est sollertia cultus.  
 Nescio qui nostram pastores rodere famam  
 Mordaci coepere sono; tumore maligno  
 Invidia exsultat liventi aspersa veneno.  
 Ut leo terribilis rabida stimulatus ab ira  
 In iuvenile caput temeraria tela retorsi.  
 Altius infigit lassus vestigia taurus  
 Grandia cui pendent hirto palearia mento.  
 Inclita Caesareas victoria venit ad aures 180

Quasque vides pulchra fetas sub imagine vaccas  
 Laeta fronte dedit, neque enim praesentior alter  
 Cum videt illustri pastorem laude micantem.

Atque alias Augusta boves dedit uxor, in ista 190

Quas nunc Thyrsis aget resonanti pascua cornu.

Ingenium nec torpet iners, quod Copia tanta  
 Fundat inauditos cornu praedivite census ;  
 Sed maius procudit opus mens nescia turpi  
 Ignavire situ et vita segnire palustri.

Venturam excubitor lucem vix nuntiat ales ;  
 Excitor et tepidis rapio mea corpora stratis  
 Assuetum ad studium stertenti gratius ore.

Praegnantes cum laeta sinus Fortuna relaxat,  
 Ne posito sudore vaces. Cui provida mens est 200  
 Haud dormit rebus ceu glis hibernus adeptis.  
 Parta fluunt, praeceps cursu velut unda citato,  
 23-25. A reply to this Eclogue was published by one of Balbus’ pupils, ‘J. M.’, c. 1495. This reply explains Balbus’ change of name: ‘Balbus a materno avo post immaturum patris obitum adoptatur; huic Balbus cognomen fuit, quod noster Balbus sibi assumpsit; neque id egit, ut delirus iste vociferat, quod eum suae puderet originis, cum id cognomen non ab extraneis mutuaverit, sed veluti hereditarium suo sibi iure vindicarit’. See Appendix C.

24. Cp. Hor. *Ep.* i. 7, 65, ‘vilia vendentem tunicato scruta popello’.  
 26. Juv. iv. 14, ‘et foedior omni | criminе’.

32. Plin. *N. H.* x. 48, 133, ‘Apicius . . . nepotum omnium altissimus gurses’; Stat. *Theb.* ii. 518, ‘inxpletam . . . alvum’.

41. **Antenoris urbem:** Padua. See Virg. *Aen.* i. 247.

44-47. In the text published by Oporinus, Basle, 1546, these four lines are cut down to one: *corpora, mox Veneri concessit tota nefandae*. Cp. the verses written some years later by Balbus’ friend at Prague, Bohuslaw von Hassenstein: ‘Attulit is nobis Musas legesque Lycurgi, | attulit Ausonium Cecropiumque sophos; | afferat et si vis Pharios Arabumque magistros, | tantum ne mores afferat ille suos. | Barbara gens simus, dum nullum inclinet Hamillus | hic novus Idaei discipulusque Iovis’ (quoted by R. Aschbach, *Die Wiener Universität und*

*ihre Humanisten*, Wien, 1877, p. 153). Cp. Juv. x. 224, ‘quot discipulos inclinet Hamillus’.

49. Ovid, *M.* xiv. 212, ‘frusta mero glomerata vomentem’; Virg. *Aen.* iii. 632, ‘frusta . . . commixta mero’.

51-54. Cp. Bohusl. von Hassenstein, *Epigr.* lib. iii, ‘Ecclesiae membrum est Balbus, gaudete Camenae; | Tartareum membrum scilicet ante fuit. | Censuit is nostras animas cum corpore solvi, | et nullum in caelo censuit esse Deum’ (quoted by R. Aschbach, op. cit. 154).

57-58. **Veneres**, ‘Fridays’; cp. the Italian ‘venerdì santo’. **devo-taque Sabbath**: cp. Auson. *Vers. Pasch.* (*Id.* i), 1-2, ‘Sancta saluti-feri redeunt sollempnia Christi | et devota pii celebrant ieunia mystae’. In Guillaume Tardif’s *Antibalbica* (1487) Balbus is accused of eating meat in Lent (P. S. Allen, op. cit. 419).

68. Virg. *Aen.* viii. 223, ‘fugit illicet ocior Euro’; *Ib.* xii. 733. ‘fugit ocior Euro’.

70. Ovid, *M.* iv. 84, ‘nocte silenti’; Virg. *Aen.* iv. 527. ‘sub nocte silenti’.

74. Cp. Virg. *Aen.* i. 604, ‘mens sibi conscientia recti’.

82-83. Οὐφὲ θεῶν ἀλέονται μύνοι, αἴκωνται δὲ λεπτά. Cp. Val. Max. i. ext. 3, ‘lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate pensat’.

87. Cp. Lucret. v. 1094, ‘caelestibus . . . flammis’.

94. ‘Felix quem faciunt aliena pericula cautum’.

96-97. Cp. Virg. *Aen.* vii. 335, ‘tu potes unanimos armare in proelia fratres’; *Id. G.* ii. 496, ‘infidos agitans Discordia fratres’.

98-100. ‘**Candidus**’ is Robert Gaguin; “hunc Balbus noster primus (ut arbitror) mutato nomine Candidum appellavit, quod vide-licet ut veste sic quoque moribus ipse candidus esse videatur” (Letter of Jean Fernand, quoted by L. Thuasne, op. cit. i. 88). The ‘Am-brosius’ referred to is perhaps Ambroise de Cambray, Chancellor of Paris.

99. Hor. *Ep.* ii. 1, 74, ‘versus paulo concinnior’: Virg. *Aen.* viii. 517, ‘primis et te miretur ab annis’.

101. Cp. Nemes. *Ecl.* iv. 5, ‘parilis furor’.

104-5. Werner gives a medieval Latin proverb, ‘Non os lingua gerit, sed tamen ossa terit’. Heywood has, ‘Tongue breaketh bone, itself having none’ (1562). Wander gives French and German ver-sions, s. v. ‘Zunge’.

111-113. Cp. Pers. v. 36, ‘teneros tu suscipis annos’; Juv. vi. 452, ‘Palaemonis artem’. ‘**Corydon**’ is probably Guillaume Tardif, professor in the University of Paris. On March 14, 1486, Balbus asked the University to appoint a committee to examine errors in Tardif’s grammar — “quidam poeta nomine Hieronymus Balbus supplicavit Universitati ut viros aliquot doctos nominaret qui Grammaticam Tar-divi examinarent; in qua dicebat quam plurimos errores contineri, quos se declaraturum pollicebatur”. For the quarrel between Balbus and Tardif, see L. Thuasne, op. cit. i. 89 ff; P. S. Allen, *Eng. Hist. Rev.* xvii. 419 ff. ‘**Meliboeus**’ and ‘**Idas**’ may be Charles and Jean Fernand, “who had some reputation in letters, and were both musi-cians to the king” (P. S. Allen, op. cit. 420). Cp. Andrelinus, *Eleg.*

i. 2 (addressed to Charles Fernand), 'nam modo Threicio defessum pectine Faustum | et modulis relevas, fratre iuvante, tuis'.

118. *factis . . . relatis* may mean something like 'the corresponding facts, or actions'. Perhaps *relatis* here represents the vernacular *relativo*, or *relatif*. Cp. the *mansisse* of *Ecl.* vii. 36, which seems to reflect a Romance usage of *rimanere*, or *rester*.

120. Cp. Hor. *Ep.* i. 2, 57, 'invidus alterius macrescit rebus opimis'; Ovid, *A. A.* i. 349, 'fertilior seges est alienis semper in agris, | vicinumque pecus grandius uber habet'.

125. Vulg. *i Tim.* 6, 10, 'radix . . . omnium malorum'.

127. Virg. *Aen.* xii. 592, 'vacuas . . . ad auras'.

131. Virg. *Aen.* vi. 569, 'comissa piacula'.

135. Cp. Tibull. i. 9, 4, 'sera tamen tacitis poena venit pedibus'; Hor. *Od.* iii. 2, 31, 'raro antecedentem scelestum | deseruit pede Poena claudio'.

136. Pers. v. 114, 'Iove dextro'.

## ECLOGUE XII.

The twelfth Eclogue is an 'aegloga moralissima', addressed to Louis XII. It was not included in the editions of the *Buccolica* printed at Paris in 1496(?), 1501, 1506. L. Thuasne (op. cit. i. 131) says it appeared in 1498, and Mlle. Pellechet (i. 154) includes an undated edition of it among the French Incunabula. It was printed at Strassburg in 1512 and in 1513. In one of these Strassburg editions, the title states that 'Corydon' is Andrelinus himself—"in qua Corydon senex sub persona Fausti admonet Mopsum iuvenem", etc. At line 218 'Corydon' professes to be 50 years old—which might have led one to set the poem about 1511 or 1512.

2. Cp. Calpurn. v. 6, 'canaque lascivo concidere grama morsu'.

3-6. Cp. Hor. *Od.* ii. 9, 1, 'non semper imbres nubibus hispidos | manant in agros'; *Ib.* ii. 10, 11, 'feriuntque summos | fulgura montes'.

7. Cp. Cic. *De Orat.* iii. 24, 91, 'Quorsum igitur haec spectat, inquit, tam longa et tam alte repetita oratio?'.

11. 'Mopsus' follows a common country saying.

13. Virg. *G.* ii. 316, 'Borea . . . spirante'; Ovid, *F.* iv. 18, 'spirant flamina'.

15. Cp. Bapt. Mant. *Ecl.* vi. 4, 'sedet ante focum fumosa Neaera'.

19. Virg. *G.* iii. 642, 'lanigeras . . . pecudes'.

20. Virg. *Ecl.* iii. 5, 'alienus . . . custos'.

21. Cp. Ovid, *Tr.* v. 8, 14, 'nunc mendicato pascitur ipse cibo'.

22. Virg. *Aen.* iv. 161, 'commixta grandine nimbus'.

30-31. Virg. *Aen.* iv. 160, 'interea magno misceri murmure caelum | incipit'; *Ib.* viii. 239, 'intonat aether'; *Ib.* i. 90, 'intonuere poli'; Ovid, *M.* ii. 848, 'cui dextra trisulcis | ignibus armata est'; *Am.* ii. 5, 52, 'tela trisulca'.

34. Cp. Virg. *Aen.* iv. 132, 'odora canum vis'.

35. Virg. *Ecl.* vii. 30, 'ramosa . . . cornua cervi'.

37. Ovid, *M.* xi. 347, 'cursu festinus anhelo | advolat armenti custos'.
- 39-40. Cp. Virg. *G.* iii. 375, 'et magno laeti clamore reportant'.
43. Virg. *Aen.* iii. 574, 'attollitque globos flammamarum et sidera lambit'.
- 46-48. Virg. *Aen.* i. 212, 'pars in frusta secant veribusque trementia figunt'; Id. *G.* ii. 396, 'in veribus torrebeimus exta columnis'.
55. Persius, vi. 70, 'fissa fumosum sinciput aure'.
- 56-57. Cp. Hor. *Sat.* ii. 6, 111, 'agit laetum convivam'.
59. Hor. *Od.* i. 7, 31, 'vino pellite curas'; *ib.* iii. 12, 2, 'mala vino lavere'.
60. Cp. Virg. *G.* ii. 186, 'cava montis convalle'.
- 63-64. Cp. Cic. *Fin.* ii. 32, 105, 'Vulgo enim dicitur: "Iucundi acti labores", nec male Euripides . . . *Suavis laborum est praeteritorum memoria*'.
68. Cp. Mantuan's 'ventriculus', *Ecl.* i. 165-171; also, Io. Stigelius, *Id.* i. 114, 'est mihi ventriculo duplex assuta bovino | fistula, disparibus quae murmura vocibus edit, | cum tumet et plenas uterus capit integer auras'.
75. Virg. *Mor.* 5, 'vili . . . grabato'.
76. Ovid, *F.* vi. 677, 'valido titubantia vino | membra'.
79. Hor. *Od.* iii. 6, 7, 'di . . . neglecti'.
87. *vetusto*: cp. Plaut. *Circ.* 98, 'vetusti cupida sum'.
88. Cp. Virg. *Aen.* i. 207, 'Durate, et vosmet rebus servate secundis'.
- 93-94. Cp. Hor. *Ep.* i. 15, 42, 'nam tuta et parvula laudo, | cum res deficiunt, satis inter vilia fortis'.
95. Virg. *Aen.* ix. 340, 'vesana fames'.
- 98-99. Juvenal, viii. 10, 'alea pernox'; Hor. *Ep.* i. 18, 21, 'quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat'.
103. Persius, iii. 60, 'in quod dirigis arcum'.
107. *solā*. For the lengthening of the final *a* of the nom. sing., cp. Virg. *Aen.* xii. 648, 'sancta ad vos anima atque istius inscia culpae'.
109. Virg. *Aen.* i. 374, 'clauso . . . Olympo'; Id. *G.* i. 461, 'quid Vesper serus vehat'; Persius, vi. 12, 'securus . . . quid praeparet Auster'.
- 112-14. Juvenal, viii. 165-6, 'breve sit quod turpiter audes; | quae-dam cum prima resecentur crimina barba'.
118. Cp. Bapt. Mant. *Ecl.* ii. 105, 'ignes qui nec aquis perimi potuere nec umbris | diminui neque graminibus magicisve susurris'.
119. Cp. Ovid, *M.* vi. 455, 'non secus exarsit conspecta virgine Tereus, | quam si quis canis ignem supponat aristis'; *Ib.* i. 492, 'utque leves stipulae demptis adolentur aristis; . . . sic deus in flamas abiit'.
121. Virg. *Aen.* v. 520, 'aerias . . . in auras'; *Ecl.* ix. 29, 'sublime ferent ad sidera'; Lucr. i. 771, 'aerias auras'.
124. Cp. Ovid, *M.* i. 379, 'damnnum reparabile'.
125. Cp. Virg. *Aen.* i. 237, 'quae te, genitor, sententia vertit?'.
- 130-132. Ovid, *A. A.* ii. 113, 'forma bonum fragile est . . . et riget amissa spina relicta rosa'; Nemes. iv. 21, 'perdit spina rosas, . . . donum forma breve est'; Theocr. xxiii. 28.

131. **croceo . . . mane:** cp. *Anth. Lat.* 646, 2, 'croceo mane recta dies'; W. B. Yeats, *Wanderings of Oisin*, 'Men's hearts of old were drops of flame | That from the saffron morning came'.

133-134. Cp. Tibullus, i. 2, 39-40, 'is sanguine natam, | is Venerem e rapido sentiet esse mari'. On this passage K. F. Smith quotes Sedley, 'Love still has something of the sea | From whence his mother rose'.

135-43. Cp. E. K.'s comment on Spenser's *Shepheards Calender*, iii. 79: "For so is he described of the Poetes to be a boye, s. alwayes freshe and lustie; blindfolded, because he maketh no difference of personages: wyth divers coloured winges, s. ful of flying fancies: with bowe and arrow, that is, with glaunce of beautye, which pryceth as a forked arrowe. He is sayd also to have shafts, some leaden, some golden: that is, both pleasure for the gracious and loved, and sorow for the lover that is disdayned or forsaken. But who liste more at large to behold Cupids colours and furniture, let him reade ether Propertius, or Moschus his Idyllion of *wandring love*, being now most excellently translated into Latine, by the singuler learned man Angelus Politianus." The passage of Propertius referred to is iii. 12, 1, 'Quicumque ille fuit puerum qui pinxit Amorem, | nonne putas miras hunc habuisse manus?' Some early Italian discussions of the attributes of Cupid (by Guitton di Arezzo, Pier Hedo, etc.) are reported in the first book of Mario Equicola's *Libro di Natura d'Amore*.

137. Cp. Ovid, *Her.* iv. 154, 'quid deceat, non videt ullus amans'.

141. Ovid, *Her.* vi. 109, 'vernaque incertior aura'.

142. Cp. Ovid, *M.* i. 526, 'verba imperfecta reliquit'; *Id. Tr.* i. 3, 69, 'verba imperfecta relinquo'.

149-50. Cp. the Italian proverb, 'A porco pigro non toccò mai pera mezza' (where 'mezza' seems to be derived from the Latin 'mitis'). ['Pera mezza' is a pear which is over-ripe and beginning to decay, a 'sleepy' pear (like 'dozed', or 'dozy', timber). Petròcchi quotes the expression 'aver la pera mezza' ('esser in buona fortuna').] In Pescetti's *Prov. ital. e lat.* the proverb runs, 'Porco pigro non mangia pere mizze'; 'Absens haeres non erit'.

151-53. Horace, *Sat.* i. 1, 33, 'parvula—nam exemplo est—magni formica laboris . . . non incauta futuri'. Cp. Bapt. Mant. *Ecl.* v. 36-38, 'en formica, brevis sed provida bestia, condit | in brumam nova farra cavis aestate latebris, | neve renascantur fruges secat ore sepultas—a bit of natural history which may come from Plutarch (*De Solent. Animal.* xi. 6).

153. Virg. *Aen.* vi. 276, 'turpis Egestas'.

155. Juv. vii. 35, 'nuda senectus'; Virg. *Aen.* vi. 275, 'tristisque Senectus'.

156. Cp. Hor. *Sat.* i. 2, 62, 'rem patris oblimare'.

157. Virg. *Ecl.* x. 44, 'insanus amor'; *Aen.* ii. 343, 'insano . . . amore'.

161. Ovid, *Am.* iii. 3, 5, 'roseo suffusa rubore'.

162. Catull. 64, 72, 'spinosas Erycina serens in pectore curas'.

163-165. Virg. *G.* i. 152, 'subit aspera silva, | lappaque tribolique, interque nitentia culta'. etc.; *Ib.* i. 195. 'siliquis fallacibus'.

167. Cp. Hor. *Ep.* i. 7, 85, 'immoritur studiis'; Virg. *G.* i. 92, 'ne frigus adurat'.
168. Virg. *G.* i. 449, 'horrida grando'.
169. Virg. *G.* i. 23, 'largum caelo demittitis imbre'; *ib.* i. 462, 'umidus Auster'.
172. Cp. Ovid, *Tr.* i. 9, 7, 'aspicis, ut veniant ad candida tecta columbae'.
176. Virg. *Aen.* viii. 442, 'arte magistra'.
179. Cp. Hor. *Sat.* i. 4, 81, 'absentem qui rodit amicum'.
184. Proverbial. Cp. Guazzo, *Civil Conversatione*, lib. ii, 'Il buo fiacco stampa più fortemente il piè in terra'. Wander gives Latin, German, English and Spanish versions.
185. Cp. Virg. *G.* iii. 53, 'et crurum tenus a mento palearia pendent'.
187. Cp. Virg. *Aen.* vi. 293, 'cava sub imagine formae'. For the use of *sub*, cp. *Ecl.* iii. 46, vi. 10, vii. 43.
190. Apparently this refers to some special favor, or some special bounty, given to Andrelinus by Queen Anne — something connected with his title 'poeta regineus'.
193. Ovid, *M.* ix. 91, 'praedivite cornu'.
196. Virg. *Mor.* 2, 'excubitorque diem cantu praedixerat ales'.
197. Virg. *Aen.* iii. 176, 'corripio e stratis corpus'; Auson. *Ephem.* 19, 'rape membra molli, | Parmeno, lecto'.
201. Auson. *Ephem.* 5, 'dormiunt glires hiemem perennem'.
204. Cp. Ovid, *Tr.* iv. 8, 1, 'Iam mea cyneas imitantur tempora plumas'.
- 206-9. Cp. Seneca, *Ep.* 51, 10, 'Nullum labore recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur; in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus. Severior loci disciplina firmat ingenium aptumque magnis conatibus reddit'; Columella, *Praef.* 17.
208. *incalluit*. Corradini cites Vulg. (ed. A. Mai) *Deut.* viii. 4, 'pedes tui non incallaverunt'. Cp., perhaps, the Italian verb *incallire* ('diventar caloso').
210. The years are counted by Decembers, as in Horace, *Epd.* xi. 5, *Ep.* i. 20, 27.
211. Cp. Virg. *G.* ii. 272, 'adeo in teneris consuescere multum est'.
213. Virg. *G.* i. 145, 'labor . . . improbus'.
214. Virg. *Aen.* iii. 444, 'digerit in numerum'.
216. Juv. x. 250, 'quique novum totiens mustum bibt'.
218. Ovid, *Ibis*, I, 'lustris bis iam mihi quinque peractis'.
220. Virg. *Aen.* vi. 304, 'cruda . . . senectus'.
223. Hor. *A. P.* 173, 'laudator temporis acti | se puero'.
226. Cp. *Ecl.* ii. 85, 'sudata peculia'.
232. Ovid, *Her.* iv. 89, 'quod caret alterna requie durabile non est'. Cp. 240-1. Spenser, *S. C.* ix. 240, 'Whatever thing lacketh chaungeable rest, | Mought needes decay, when it is at best'.
- 234-241. Cp. Ovid, *A. A.* iii. 82, 'continua messe senescit ager'; Lucret. v. 826, 'sed quia finem aliquam pariendi debet habere, | destitit, ut mulier spatio defessa vetusto'; Seneca, *Tranq.* 15, 'danda remissio animis; meliores acioresque erunt post quietem. ut agris non est imperandum singulis annis frumentum, cito enim exhauret

illos numquam intermissa fecunditas, ita animorum impetum frangit assiduus labor'; Statius, *Silv.* iv. 4, 33, 'vires instigat alitque | tempestiva quies; maior post otia virtus'.

238. Virg. *Aen.* iv. 528, 'corda oblita laborum'.

240. Cp. Calpurn. i. 27, 'procerumque dedit mater non invida corpus'.

260. Virg. *Aen.* i. 379, 'fama super aethera notus'; *Ecl.* v. 43, 'Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus'.

265-6. Cp. Calpurn. iv. 153, 'si quando montibus istis | dicar habere Larem, si quando nostra videre | pascua contingat'. If this Eclogue was written earlier than 1505, the passage probably reflects the poet's hope of being made a canon. See *Ecl.* x. 127-130.

272. Cp. Ovid, *M.* i. 219, 'traherent cum sera crepuscula noctem'.

273. Cp. Hor. *Od.* ii. 2, 13, 'crescit indulgens sibi dirus hydrops'.

274. Cp. Hor. *Sat.* i. 1, 55, 'magno de flumine mallem | quam ex hoc fonticulo tantudem sumere'.

278-80. Cp. Hor. *Sat.* i. 1, 92, 'denique sit finis quaerendi'; *ib.* 106, 'sunt certi denique fines'; Persius, v. 65, 'finem animo certum'; Virg. *Aen.* viii. 327, 'amor . . . habendi'.

287. Cp. Hor. *Ep.* i. 18, 71, 'irrevocabile verbum'.

288. Juvenal, vii. 202, 'felix ille tamen corvo quoque rarer albo'.

290. Virg. *Aen.* i. 292, 'cana Fides'.

292. Virg. *Aen.* vi. 856, 'viros supereminet omnes'.

297-300. Cp. Ovid, *Tr.* i. 8, 1, 'in caput alta suum labentur ab aequore retro | flumina'; Id. *Pont.* iv. 5, 43, 'fluminaque in fontes cursu redditura supino | gratia quam meriti possit abire tui'. Cp., also, Virg. *Ecl.* i. 60-64, and Nemes. *Ecl.* i. 75-80.

300. *isto:* for *hoc*. Cp. *Ecl.* ix. 8, *ista*.

301. Cp. *Ecl.* x. 58-59, 'triplex . . . numen'.



IOANNIS ARNOLLETI NIVERNENSIS  
BUCOLICA



## ECLOGA I. FIDES.

*Vera fides regimenque gregis reserantur abunde,  
Atque Nivernus iens arva Niverna petit.*

PAN. NIVERNUS. FISCALIS.

*Pan.*

Eia age, sollerter mea percipe sensa, Niverne.  
Haec olim siquidem non te meminisse pigebit.  
Qui tueor constanter oves oviumque magistros  
Te doceam qua lege regas teneras animantes  
Quaque prius pulchre doctus bene vivere possis.

Ad Christum, lumen pastorum, ianua prima est  
Vera fides, qua tu recte sentire iuberis  
De Christo, non ore tenus sed pectore toto.  
Volvas sacra novae veterisque volumina legis ;  
Illa fidem reddunt firmam pariuntque salutem. 10  
Non te commoveat fluxo sic vivere mundo  
Complures, usquam constent quasi non loca poenae  
Tartara, nec sanctis caelestia regna supersint.  
Indubie veniet quod praedixere futurum  
Fata ; Deum sic te veracem credere par est.  
Tam verum nihil est quam quod dixere prophetae :  
De Christo dictum quid quod non videris ipse  
Impletum ? Christus verum dixisse putetur  
Esse gehennalis dicens tormenta ruinae  
Claraque promittens fulgentis gaudia caeli. 20

Sed quanam par sit modereris ovilia lege  
Accipe. Sole recens orto per pascua mitte  
Omne pecus, dum constiterit tinnire volucres.  
Sed non ante greges clausos emitte per arva  
Quam fuerint celebrata pio sollemnia ritu.  
Imprimis venerare Deum, tum faustiter educ  
A caulis pecudes, ut carpant gramina labris.  
Verum quando sitim Solis gravis afferet ardor,

Tunc nemori committe greges, tum protinus imum  
 Ad fontem deduc, nec non sine protegat illos  
 Interea quae frondicomae patet arboris umbra.  
 Ipse ubi declivi per prata tepescere Sole  
 Senseris, artatas pecudes emitte per agros.  
 Nocturni quotiens instabit temporis hora,  
 Cunctanter saturas pecudes ad ovilia trude.

30

At capias qua sint querenda viatica canis.

Est deus, o pastor, toto venerandus in orbe  
 Cognomen fecit cui candida Musa Parentis,  
 Quippe parens vatum, cuique est custodia fontis  
 Castalii, Niveris quoque cui moderamen inhaeret.  
 Eius vernanti praecingens tempora Phoebus  
 Fronde dedit citharam, nervos et eburnea plectra.  
 Hic Mavors cunctos tantum supereminet armis  
 Quantum praecellit radianti lumine Titan ;  
 Tum summo subsunt huic rura Nivernica iure.  
 Excipit hic grato pastores pectore doctos.

40

Otia donabit vitae tranquilla beatae  
 Optabitque tuos cantus audire theatro.  
 Coram ipso meditata deo modulamina panges,  
 Scilicet ut factis Niverim decorarit honestis.  
 Ut tantum mereare deum, depromo pharetra  
 Mnemosynum quo te nostri meminisse iuvabit.

50

Hac te Marte meo compacta dono cicuta  
 Qua dimulcebis doctas concentibus aures  
 Ac tua fagineis sub frondibus otia ludes.  
 Hunc extolle deum cantu, dum rana paludis  
 Vivet aqua, dum tollentur lampyrides alis.  
 Proximus huic prudens Guido Bourgoinus veneratur  
 A cunctis ; est qui te dexteritate levabit  
 Ille, nepos clarus celebrati quippé Parentis.

60

Primum consilio pollet pietatis honore,  
 Illustris patriae pater est et doxa Niverni,  
 Auxilio relevat, sorti succurrit acerbae ;  
 Virtutum magnus cumulus, celeberrima gesta.  
 Dotibus exundans scatet hic Bolacrius alveus  
 Iura tenens docti fusa sub pectoris arca ;  
 Urbem consilio moderatur rite Nivernam.  
 Hic medica doctor praefulget clericus arte  
 Cuius praesidio morbo plerique levantur ;

Borbonatus celebris tota diffunditur urbe ;  
 Non fuit insigni maior quisquam pietate.  
 Causas contrectans promotor Sylvius astat  
 Aequali librat iuris qui singula lance.

70

*Nivernus.*

O quantas par est tibi me persolvere grates,  
 Ut qui tam magna me dexteritate bearis ;  
 Tantis per sacra constituam sollemnia templo  
 Ob nomen laudesque tuas, dum vita manebit.  
 Interea comitis satago veneranda subire  
 Ora, rei quo participem nunc reddere possim.

Gloria pastorum nullis lapsura diebus,  
 Digressus nostri venio laturus honores.  
 Mens mea fert Panos mandatis luce sequenti  
 Attentare vias, ut fertiliora subintrem  
 Pascua quae vernant dextra melioribus herbis.

80

*Fiscalis.*

Care Niverne, volans propero discedere gressu,  
 Quo moliris iter? nec non quo protenus agnas  
 Trudis lanigeras, ac quaenam pascua quaeris?  
 Tene aliquantis per iuvat hac consistere terra?  
 Huius quippe scatent agri praedulcibus herbis.  
 Hic meditatur avis tenues componere nidos,  
 Squamosi sicco saliunt in litore pisces,  
 Pinguia perceleres hic agnae gramina tondent.

90

*Nivernus.*

Fiscalis, his meliora ferunt regione virere  
 Qua late campos praeclara Nivernia profert ;  
 Nota meas pecudes illuc per pascua trudo.

*Fiscalis.*

Sicine communes aedes et iugera linquis?  
 Ah coeptam dimitte viam, ne Musula nostra  
 Te float, et monstrarent hic infortunia fontes.  
 Nostri pastores ob te suspiria fundent.

*Nivernus.*

Haec habitata diu dolor est, heu, linquere rura,  
Sed celebris Panos me illuc mandata remittunt.

100

*Fiscalis.*

Paulisper (rogito) libeat requiescere mecum  
Atque referre tuam quaenam sententia mentem  
Verterit, ac quaenam mutarit murmure Pallas.

*Nivernus.*

Dum canerem gaudens his Fiscaliensibus agris,  
Ad meliora vocans me pastorum deus aurem  
Vellit; quas ob res huius mandata capesso.

*Fiscalis.*

O quam dira moves, qui te committere sorti  
Ausus sis, quoniam Rhamnusia singula torquet.  
Forte cades, nec te quisquam pietate levabit.

110

*Nivernus.*

Nanciscar fatis divum cui candida virtus  
Ridet, pastores qui dexteritate levassit.  
Nos huius clarum tollemus carmine nomen.

*Fiscalis.*

Aequa refers; hoc multa manent te commoda ritu.  
Verum paulisper nos ad tua carbasa vertas  
Nec non (si qua tui comitis te cura remordet)  
Tam facili carmen nobis modulere cicuta;  
Molle quidem fuerit molli quoque dulcius aura.

*Nivernus.*

‘Alme deus noster, precibus si flecteris ullis,  
Aspice nos ac da sacrae numinis aura  
Posse frui, tutasque velis nos carpere sedes.  
Qui geris eloquium pueris concinnaque verba,  
Mulcenti perfunde (precor) mea guttura rore,  
Excute torpenti squalens a mente veteranum;

120

Non me segnities lentum damnosa moretur,  
 Nec latices sacros tennam lymphasque perennes  
 Fontis inexhausti ; nam Trina Potentia pigrum  
 Odit, mortales hunc atra bile sequuntur,  
 Hunc premit (ut liquido constat) crudelis egestas.  
 Quapropter faveas praesenti numine votis, 130  
 Quippe favere potes (te freti solvimus oram  
 Litoream) navemque regas flatusque secundes.  
 Ante tuas aras pingues mactabimus agnos  
 Atque tibi semper laetum paeana canemus'.

*Fiscalis.*

Omnis Musa thymo tua fit mihi dulcior Hyblae.

*Nivernus.*

Dum loquimur (capiro) labuntur tempora sensim.  
 Hinc abeam par est, cum crastina fulserit aura ;  
 Care, vale, noster congerro, Nestora vince.

*Fiscalis.*

Felices iam carpe vias sedesque beatas ;  
 Dilige me, carum redimens ut Castora Pollux. 140

ECLOGA II, *SPES.*

*Venturi praeclara boni mens spe relevatur ;*  
*Fiscalis ob socium sic quoque maestus agit.*

FISCALIS. FRANCUS.

*Fiscalis.*

O Sors infelix quae versas singula nutu,  
 Sicine pastores gaudes vexare dolore,  
 Ut socium cogas nostra discedere terra ?  
 Heu quis solamen tribuet, quis tristia dictis  
 Fata suis mulcens depellet corde dolorem ?  
 Heu crucior, vexor, laedor, sternorque, coquorque.

*Francus.*

Fiscalis heu noster, quid sollicitaris amare,  
Quidve gemis? nec non quaenam suspiria profers?

*Fiscalis.*

Impia ne rerum quae sit fortuna requiras,  
France, velim, nam nostrorum meminisse malorum  
Maerorem dudum conceptum fortius auget. 10

*Francus.*

Anne piget viridi nunc primum degere rure?  
Nonne vides Latios agris vixisse decenter?  
Emunctae naris tradunt monumenta virorum  
Dulcius esse nihil viridi quam vivere campo.  
Cur igitur largo tingis tua lumina fletu?

*Fiscalis.*

Heu non quae credis gemebunda mente revollo,  
Verum discrucior gravioris pondere molis.

*Francus.*

Eia age, suspirans maestos depelle dolores.  
Tam magnus nuper torquebat pectora maeror,  
Sed laeto nostros solamur carmine casus.  
Quare, age, festina tristes deponere luctus. 20

*Fiscalis.*

Est mihi complendus variis singultibus aer,  
Est imitanda meo tristis Philomena dolore;  
Tum viduae maerens comitabor turturis ora,  
Insequar horrisono Phoebeas ore sorores.

*Francus.*

Pectora quid prodest saevo consumere luctu,  
Quidve iuvat maesto planctu corrumpere vitam?  
Qui sapit adversos trudit molimine casus.  
Pone tuos igitur, pastor moderate, dolores. 30

*Fiscalis.*

Tantae maestitiae questus quis pellere possit?  
 Ah fera languescens penetrarunt vulnera corpus  
 Quae nec titillans celeres delphinias Arion  
 Delphica nec resono sanarent organa cantu.  
 Non igitur mirum, si tot suspiria fundam.

*Francus.*

Visne cadant parvi surgentia nomina vatis?  
 Ecce Thalia pios olim cantabat honores,  
 Ast ea languenti late silet acta dolore.  
 Quare, age, festina luctus depromere causas.

*Fiscalis.*

Cum vacet et cupias nostros audire dolores,  
 Infandi causas crudeles accipe luctus.  
 Venerat in sedes has pastor ab orbe Niverno,  
 Nuper amicitia mihi qui nexatus abivit ;  
 Internis animis sane nos ipse colebat.  
 Quas ob res, hunc ut comitem convisere possim,  
 Qua vergit Niveris statui convertere gressus.  
 Me dominus deus aspiciet maestumque levabit.

40

ECLOGA III, *CHARIS.*

*Erga pastores charis est celebrata Parentis,  
 Cuius inextinctum nomen ad astra volat.*

NIVERNUS. FISCALIS.

*Nivernus.*

Fiscalis anne venis, noster congerro benigne?  
 Quidnam te nostros cogit penetrare recessus?  
 Gratulor auspiciis huc te venisse secundis ;  
 Temporis auspicio melioris adesse nequibas.  
 Hic Pan multiuges modulatur arundine cantus,  
 Casta Diana choros agit hic ; comitantur eandem  
 Sacrae Vestales alia cum caelibe turba.

Hic concinna novem depromunt dicta Sorores,  
In medio quarum cantat Patareus Apollo  
Dulcisonamque chelyn stridente pectine pulsat.

10

*Fiscalis.*

Non tam ferventi fessis ardore, Niverne,  
Grata quies, celsae si contigit arboris umbra,  
Quam tuus adventus, facies, manus oraque nobis.  
Communes simul ac consultus liqueris agros,  
Deprompsi questus duros noctesque diesque.  
Saepe meus clamor pastorum cessit ad aures,  
Cum te digressum per silvas voce sonarem.  
Ecce etiam praedura lues invadit ovile;  
Futtilibus sane contrivi tempus apinis,  
Nulla labore meo tum commoda digna fuere.  
Propterea maestus te terque quaterque vocavi  
Felicem, miseris procul his qui cladibus esses.  
At gravior de te questus mihi mole malorum.  
Quapropter misere concussus sorte sinistra  
Oppida frugiferum spectare Nivernica duxi.  
En te convenio trusus tellure marique.  
Istud saepe malum monuit nos ante cavere  
Fatidicus corvus, si mens non laeva fuisset.

20

*Nivernus.*

Ista tibi dudum dixi praeagia rure,  
Cum pridem canerem tenui dictamina culmo.

30

*Fiscalis.*

Hasce tuas crebro memini te ferre loquelas.  
Praesentis Panos vox haec increbruit auri:  
' Pastor, ad illustres (ne cesses) tende Nivernos;  
Te deus aspicet praeiens inopemque levabit.'  
Quas ob res istaec tacita dum mente revolvi,  
Clara Nivernorum decrevi tecta subire.  
Molior ipse viam, supero vallemque iugumque;  
Offert se tandem praeclara Nivernia nobis.  
Porro pergenti subsunt mihi pinguia prata;  
Illic occurrunt agnæ per rura vagantes,  
Hic pecus admiror nullo custode teneri.

40

O quam fausta, Niverne, dedit tibi sidera numen,  
Ad tam felices quandam divertere campos.

*Nivernus.*

Est mihi promissus qui tot miracula vincit,  
Ille deus merito cui rura Nivernica subsunt  
Quique pias Clarii moderatur Apollinis aedes  
Pastorumque parens merito cognomine fertur.  
Nempe favens doctis chelas pastoribus offert;  
Quaerit ab exceptis non quis natalibus orti,  
Sed qua doctrina cincti. Numeraveris omnes  
Commodius spicas quam quot de sorte levarit.  
Nil mortale refert, ut fortia gesta recludunt.  
Prae cunctis amat hic Christum Christi quoque mystas.

50

*Fiscalis.*

O felix numen tanto candore refulgens,  
Cui data divino sunt rura Nivernica nutu.

*Nivernus.*

Hunc decorat celebris Fabii prudentia Marci,  
Non fuit Augustus donis fecundior illo.

*Fiscalis.*

Tu propere nostros ad numen dirige gressus.  
Illius ut laeti nos dexteritate fruamur.

*Nivernus.*

Eia age, congerro, captans veneranda subire  
Tecta pium numen demulce poplite flexo,  
Atque dato dono Persarum more saluta,  
Et gratus sistro Panos modulere sonoro.

60

*Fiscalis.*

' Salve, percelebris clarorum doxa deorum,  
Sacrae qui ferris paediae dulce levamen,  
In quo praesidium virtus sibi clara locavit.  
Exige florescens Pylii tria saecula regis,  
Inter protectos abs te me scribe clientes '.

## ECLOGA IV, THRENODIA.

*Lugubri fletur Clivensis carmine pastor,  
Ferturque ut probris vita beata vacet.*

NIVERNUS. FRANCUS. PAN.

*Nivernus.*

Ergone praesenti potuit Mors improba mundo  
Tam saevum patrare nefas et crimen amarum,  
Pastorem ut tulerit Clivensem funere acerbo?  
Heu, magnum diro pastorem sustulit ictu  
Monstrum terrificum quod demetit omnia falce  
Quodque labris frendens commiscet sacra profanis.  
Phoebe, tuo capiti maestam compone cupressum,  
Candida, Pieriae, vos lilia ferte, sorores,  
Tritonis prudens Peithoque, accedite; vester  
Fulgor erat, nomen vestrum hoc effertur in auras. 10  
Percelebres lugete viri, lugete cohortes  
Magnatum, vestrum pastorem flete sepultum.  
O Mors Gorgoniis circum stipata colubris,  
Cur das ut tales depromam voce querelas?

*Francus.*

Quid luges, nostrum specimen, generose Niverne?  
Anne doles hoc te natali degere campo?  
Indubie has sedes nequaquam habitare Thalia  
Erubuissest ovans, nec ovantum turba sororum.  
Sed quid de Fabiis dicam aut Pisonibus ipsis  
Ac aliis quibus imposuit res rustica nomen? 20  
His certe campis cupiissent ducere vitam,  
Si datus iis rerum delectus rite fuisset.  
Fertilius pratum nusquam, nec mollior herba.  
Erumpunt rigui hic fontes et flumina molles  
Vivificant herbas, facilis quoque singula terra  
Parturit ad victum, qua non est pinguior ulla.  
Felix prole virum, nec non fecunda metallis.  
India lanigeris lucis se tollit ad astra  
Iactat eburque suum, nec non Panchaia harenas,  
Effert Aegyptus sese ob septem ostia Nili, 30

Africa plus pavone sibi placet ubere glaebea,  
 Suavia gaudentes mittunt sua tura Sabaei ;  
 Ast haec indubie tacto omni munere gaudet,  
 Dicitur has ob res fortunatissima tellus.  
 Haec tua rite valet miracula temnere, Memphi.  
 Illi Francorum regni pulcherrima pars est,  
 Hic Clivense decus superat miracula mundi.  
 Si te infelici volvit Fortuna rotatu,  
 Aequa fac mente hanc sortem patiaris iniquam,  
 Magnaque si tu sis passus discrimina rerum, 40  
 Non tamen est fortis tantos depromere questus  
 Nec fragilem diro vitam consumere luctu.  
 Magnanimi est semper duris obsistere rebus.

*Nivernus.*

Si hic esses, aliter ferres incommoda nostra.  
 Heu nimis urgentum praegrandi pondere rerum  
 Opprimor, et damnum nullo reparabile saeclo  
 Ipse equidem doleo ac crebris deploro querelis.

*Francus.*

Eia age, luctificos educ de corde dolores ;  
 Dic age tantisper, dum nostra armenta vagantur.

*Nivernus.*

Ne cogas quae sit rerum sors ferre mearum,  
 France, velim, nec me iubeas revocare dolorem.  
 Dum longam meditor seriem meminisse malorum,  
 Nostra recrudescunt maiori vulnera morbo.

O te quam faustum, cui nullus pectore maeror.  
 Pro dolor, excruciat me Mors haec invida nostris  
 Temporibus, solita est hominum quae parcere nulli.  
 Haec (hei) commiscet clarum cum paupere regem  
 Nec sane quemquam magnum diadema tuetur ;  
 Atque id contingit, quod sit Mors omnibus aequa.  
 Mortales nos ista docent monumenta virorum ;  
 Haec telo truncat quidquid Natura creavit.  
 O utinam tam dira foret demersa sub undis  
 Bellua Tartareis et nigro carcere clausa,  
 Quo minus ad fatum mortales praecipitaret. 60

Primiparae o damnum, cuncto lacrimabile saeclo !  
 Cum vetitos palmis ausa est decerpere fructus  
 Prima parens, nostrum tunc Mors accessit in orbem,  
 Tunc celeres diris armis innexuit alas  
 Gestans tela manu Lernaeo tincta veneno ;  
 Inde per hunc orbem miserum furibunda cucurrit.  
 Iam vero terras omnes omnesque pererrat  
 Pagos, et crepitans claras circumvolat urbes.  
 Indubie non est homini sollertia cuiquam  
 Quae durae valeat paecludere limina Morti.

Horrida Mors veniam non dat virtutis alumnis ;  
 Quid facient igitur laeti peccamine solo,  
 Talia cum tolerent mortis discrimina iusti ?  
 Quid, quaeso, faciet qui se effert more leonis ?  
 Infelix quid aget terrestris vermbus esca ?  
 O quantum studuisse volet molimine toto  
 Menti, quam vellet pulsos de pectore fastus !  
 Et qui tot missis iactatur faenore nummis  
 Dives, qui tot habet camporum iugera quique  
 Non numerare potest aurum tellure repostum,  
 Heu quam divitias cupiet tempsisse fluentes !  
 Formidatne suae tempus lacrimabile mortis  
 Quem spurcae Veneris titillat saeva libido ?  
 Dentatum labris mordere edentulus ardet,  
 Ast hic Pascomidem duram teret atque lupatum.  
 Ventripotens molli qui nutrimenta palato  
 Dat, volet illecebras quantum sprevisse fugaces !

Numina qui dictis superum terrere videtur  
 Impatiens missas voces meminisse docebit.  
 O turpem quem segnities damnosa moratur,  
 Nonne videt vacuos semper discedere menses ?  
 Excutiat vecors sordens a mente veternum ;  
 Nulla dies abeat quin quid feliciter edat.  
 Turpe quidem molli vitam consumere somno ;  
 Gliscet post mortem segnis tempsisse sopores.

Sed doleo, quod Mors claris non parcere norit.  
 Non potuit Samson, cui tanta potentia quondam  
 Concessa est, duras Mortis depellere vires ;  
 Vivaces Mortis telis periire Sibyllae.  
 Si dives pugnet, veteres periire monarchae ;  
 Mortuus est Xerxes, et mortuus ille Darius.

70

80

90

100

Non prodest luxus nec tam scelerata voluptas  
 Nec Venus aut Veneris petulans ancilla Libido.  
 Praemollem luxus quid iuvit Sardanapallum?  
 Quique tulit maestum quid profuit ille Neroni?  
 Quidnam nobilitas duro cum robore iuncta? 110  
 Omnes Herculeo superata fuisse labore  
 Plurima monstra ferunt; nam pressit flore dracones.  
 Dura Molorchaeum compressit clava leonem,  
 Compulit aeripedem cervam molimine duro.  
 Stymphalidas vicit volucres, extractus ab illo  
 Cerberus effertur metuenda ex sede Barathri.  
 Vis Erymanthaeum praecellens contudit aprum,  
 Raptis percelebres devicit Amazonas armis,  
 Augeae constat stabulis impensa laborum,  
 Expulsum magno domuit luctamine taurum, 120  
 Sunt Diomedis equi saevo cum rege perempti,  
 Geryonis caesi portat victoria palmam,  
 Hesperidum victo tulit aurea mala draconem.  
 Quid colubros referam Lernaeos igne necatos?  
 Amphitryoniades superavit magna labore  
 Monstra; sed haud clava praedura tale subegit  
 Quale per has nuper visum est discurrere terras  
 Monstrum terrificum; Mors ultima linea rerum.  
 Haec rapit ex mundo quidquid Natura creavit.  
 O Mors horrenti multo crudelior ursa, 130  
 Parcere quae numquam nosti virtutis alumnis.

*Francus.*

Siste, velim, lacrimas finemque impone dolori.  
 Non minus indubie tristis mea pectora maeror  
 Exegit, verum discussi carmine luctus.  
 Quare age siste, precor, fletus sermoneque deduc;  
 Nam sermo comis depellit corde dolores  
 Ac gravis anxietas alterna voce levatur.

*Nivernus.*

Cum satagas nostri luctus dignoscere causas,  
 Incipiam, ac primo planctus ducetur ab ovo.  
 Interea lapidis sortire sedilia mecum. 140

*Francus.*

Per placet haec sedes ; si nunc iuvet, occipe fari.

*Nivernus.*

Heu heu, dum volvo facinus lacrimabile, obortis  
 Parcere non possum lacrimis nec sistere fletus.  
 Ipse ego nostrates agros in pace colebam  
 Curabamque greges pingues, et sedibus hisce  
 Cottidie mulctrام complebam lacte recenti.  
 Noster primaevο pastor tum flore nitebat.  
 Hic Clivensis erat Carlus, de sanguine regis  
 Gallorum cretus ; nulli sollertia maior.  
 Ast horrens vultu Mors, quae secat omnia, magno      150  
 Illi pastori vitales abstulit auras.  
 Huius in acerbam mortem istaec carmina prompsi :  
 ' Insignem pietate virum lugeto caterva  
 Pastorum ; magnus Clivensis ductor obivit '.  
 Huius ob abscessum quam dura Nivernia passa est.

*Francus.*

Si foret Elygio lacrimis revocandus ab orbe,  
 Aspiceres lacrimis haec nostra scatentia obortis  
 Lumina ; sed quoniam nulla est revocabilis arte,  
 Siste, precor, fletus ; nostros simul accipe casus.

*Nivernus.*

Incipe, France, prius quam sol declinet Olympo.      160

*Francus.*

Ah lacrimis memoranda meis nigroque lapillo  
 Designanda dies, qua Mors et tristis Erinnys  
 Inter pastores maioris stamina vitae  
 Bis seni numero disrupterunt Lodovici  
 Francorum. Cuius laudes aequare loquendo  
 Non opis est nostrae, si tot quot dicitur Argus  
 Luminibus vidisse loquar linguis. Pius ille est  
 Qui gregis haud haesit mortem pro pace pacisci ;  
 Nosti rite lupos quanta virtute fugarit.

*Nivernus.*

Novi equidem, sed mors est dudum temporis acti.  
 Effera non pridem nostrum Mors abstulit orbe  
 Propter quem maerent pecudes pictaeque volucres.  
 Pastores, functo hoc incommoda quanta tulistis.  
 Occidit ille decor cuncto memorabilis aevo  
 Qui poterat nostras res nosque beare Nivernos.  
 Quales per celebris functi coniunx dedit ore  
 Fletus, pastoris dum mortem crevit acerbam,  
 Et quales lacrimas dedit, et qua voce piavit!  
 Aera nunc omnes igitur complete querelis,  
 Tundite nunc pectus, nunc laxos vellite crines,  
 Tristia nunc largis perfundite fletibus ora.  
 O claris inimica viris atque invida Fata,  
 Num facinus vobis hoc debuit esse scelestum?  
 Cur segnis potius plebs et ignobile vulgus  
 Facta feris manibus non sensit vulnera vestris?

170

180

190

200

*Pan.*

Ille ego qui tueor pecudes pecudumque magistros  
 Haec ipsis ventura cano; iuvat edere fata.  
 Vos Galli, vos praecipue gaudete, Niverni;  
 Pastores gaudete mei. Licet omne vagetur  
 Ipsa per arva pecus, praedator ovilibus ulla  
 Non feret insidias, nec laedet dente rapaci.  
 Scilicet ipse Deus qui librat singula lance  
 Adventare sinet quod constituere futurum  
 Fata. Novus namque ex Francis rex, qui fuget istam  
 Turcarum subolem, surrexit origine pulchra,  
 Ne sinat aerumnis mundum tabescere tantis.  
 Est Maria illustris princeps Carlo viduata  
 Qui Clivensis erat, quorum de sanguine cretus  
 Franciscus superat, quem caelica numina servent.  
 Horum annis repetet mundum squalore sitaque  
 Cana Fides posito, nexas dabit impia palmas  
 Post tergum Bellona suas, privataque telis  
 In sua torquebit male sanos viscera dentes;  
 Aurea cum grata remigrabunt saecula pace.

*Francus.*

Sublimi Panos veneremur numina voce,  
 Ac ea quae nobis Deus obtulit ore canenda  
 Promamus, gracilique sonos meditemur avena.

*Nivernus.*

Clara Nivernorum laetetur rite caterva,  
 Atque Deo missus contingat sidera clamor,  
 Laetaque commonstret praeclarus gaudia paean.  
 Nostris temporibus commigrant aurea mundo  
 Saecula, sortita est Pax instaurata tribunal.  
 Dallebreta excedat tempus cuiusque Sibyllae,  
 Franciscus cervi Clivensis tempora vivat.  
 Numina quidquid agant fortunent caelica nutu,  
 Meque inter parvos dignentur scribere mystas.

210

## N O T E S

### ECLOGUE I.

Pan advises ‘Nivernus’ to leave the ‘agri Fiscalienses’ and return to Nevers; there he will enjoy the protection and favor of Ioannes Paren. ‘Nivernus’ announces his departure to his comrade ‘Fiscalis’, and repeats the address which he is to make to his new patron. The poem is dedicated “Ad eminentissimum virum D. Ioannem Parentem, secretarium regium”. Lines 85-140 are a rather close imitation of the first Eclogue of Faustus Andrelinus.

2. Virg. *Aen.* i. 203, ‘forsan et haec olim meminisse iuvabit’.

3. Calpurn. i. 33, ‘qui iuga, qui silvas tueor, satus aethere Faunus’; Virg. *Ecl.* ii. 33, ‘Pan curat oves oviumque magistros’.

4. Calpurn. v. 14, ‘qua lege regas . . . percipe’.

21-35. Calpurn. v. 14-65, ‘Sed qua lege regas et amantes lustra capellas | . . . percipe. Vere novo, cum iam tinnire volucres | incipient . . . protinus hiberno pecus omne movebis ovili. | . . . Sed non ante greges in pascua mitte reclusos, | quam fuerit placata Pales . . . Nec mora, tunc campos ovibus, dumeta capellis | orto sole dabis, . . . At cum longa dies sitientes afferet aestus, | . . . iam silvis committe greges, . . . ad fontem compelle greges, . . . sed protegat illas | interea veteres quae porrigit aesculus umbras. | Verum ubi declini iam nona tepescere sole | incipiet . . rursus pasce greges, . . . Nec prius aestivo pecus includatur ovili’, etc. With line 22 cp. Virg. *G.* iii. 155, ‘armentaque pasces | sole recens orto’; with line 26 cp. Virg. *G.* i. 338, ‘in primis venerare deos’.

36. Andrelinus, *Ecl.* i. 43, ‘quaerenda viatica canis’.

38. Parentis: Jean Parent. In the dedication of this Eclogue he is called ‘secretarius regius’; *i. e.*, he was royal notary at Nevers. In a document of 1520 he is called ‘écolâtre’; *i. e.*, he was a canon who had charge of some educational work. He had an important part in the founding of the College of Nevers, and shared the expense of establishing the school in its new quarters. “Les réparations des bâtiments furent faites par moitié entre la ville et Me. Jean Parent. Le compte de Jean de Corbigny, pour l’année 1527, dit qu’il en coûta 241 livres 14 sous pour chacune des deux portions, outre ce qui avait été déjà donné”; Parmentier, *Archives de Nevers*, i. 307-8 (Paris, 1842).

41-42. Bapt. Mant. *Ecl.* x. 11-12, ‘ipse ubi fronde sua tibi tempora cinxit Apollo, | dono dedit citharam, nervos et eburnea plectra’.

